aũt hec oĩa quia tu ipſe ſerui
re hoĩ dignatus es ꝛ teipſum
ei daturum promiſiſti. Quid
dabo tibi ꝑ oĩb⁹ iſtis milib⁹
bõis. Utinã poſſeʒ tibi ſuire
cũctis diebus uite mee: uti
nam uel uno die dignum ſer
uitium exhibere ſufficerem
Uere tu es dignus oĩ ſeruitio
oĩ honore ꝛ laude etña Uere
dñs meus es: ꝛ ego pauper
ſeruus tu⁹: q totis uiribus te
neor tibi ſeruire: nec unquã
in laudibus tuis debeo faſti
dire: Sic uolo: ſic deſidero ꝛ
qcquid mihi deeſt tu digne
ris ſupplere. Magn⁹ honor
magna gloria tibi ſeruire ꝛ
oĩa propter te cõtẽnere. Ha
bebunt enim gratiaʒ magnã
q ſponte ſe ſubiecerint tue
ſanctiſſime ſeruituti. Inue
nient ſuauiſſimam ſcĩ ſpũs
cõſolationem conſequentur
magnam cordis libertatem
qui artam pro nomine tuo
ingrediuntur viam ꝛ omneʒ
mundanam neglexerĩt curã
O grata ꝛ iocunda dei ſerui
tus: q̃ hõ uerací efficitur li
ber ꝛ ſcũs O ſacer ſtatus re
ligioſi famulatus q hoieʒ an
gelis reddit eq̃lem: deo placa
bilem: demonibus terribilẽ:

⁊ cūctis fidelibus cōmēdabilem. O amplectendum ⁊ ſp optandum ſuitiū: quo ſummū promeret bonum ⁊ gaudium acquiritur ſine fine māſurum.

### Quod deſideria cordis examinanda ſunt ⁊ moderāda Cap. xij.

Fili oportet te adhuc multa addiſcere: que necdum bene didiciſti. Que ſunt hec domine. Ut deſiderium tuum ponas totaliter ſm bene placitum meum: ⁊ tuipſius amator nō ſis: ſꝫ mee uoluntatis cupidus amator ⁊ emulator. Deſideria te ſepe accēdūt ⁊ uehementer impellunt: ſed conſidera an propter honorē meum: an propter tuū commodum magis mouearis. Si ego ſum in cā bene contētus eris quomōcūqꝫ ordinauero Si aūt de proprio q̄ſitu aliqd latet: ecce hoc eſt quod te impedit ⁊ grauat. Caue ergo ne nimium innitaris ſuper deſiderio pre cōcepto me non cōſulto: ne forte poſtea peniteat ⁊ diſpliceat qd primo placuit: ⁊ quaſi pro meliore celaſti. Non enim oīs affectio q̄ videt bona ſtatim ē ſequenda: ſed nec oīs contraria affectio ad primum fugienda. Expedit interdū refrenatione vti etiam in bonis ſtudijs ⁊ deſiderijs: ne p importunitatem mentis diſtractionem īcurras ne alijs p indiſciplinationem ſcādalum generes uel etiam p reſiſtentiam aliorum ſubito turberis ⁊ corruas. Interdum vero oportet violentia uti ⁊ viriliter appetitui ſenſitiuo cōtraire: nec aduertere quid velit caro ⁊ quid non uelit: ſed hoc magis ſatagere ut ſubiecta ſit etiam nolens ſpiritui: et tādiu caſtigari debet ⁊ cogi ſeruituti ſubeē donec parata ſit ad oīa: paucisqꝫ cōtētari diſcat: ⁊ ſimplicibus delectari: nec cōtra aliqd incōueniēs murmurare.

### De informatione patientie ⁊ luctamine aduerſus concupiſcētias. Cap. xiij.

Domine domine deus ut audio patientia eſt mihi valde neceſſaria: multa enim ī hac vita accidūt cōtraria. Nam q̄litercūqꝫ ordinauero de pace mea: nō po

teſt eſſe ſine bello ⁊ dolore uita mea. Jta eſt fili. Non aūt uolo te talem q̄rere pacē que tentationib' careat aut contraria nō ſentiat: ſ; tunc etiam eſtimare te pacē inueniſſe: cum fueris uarijs tribulationibus exercitatus ⁊ in multis contrarietatib' ꝓbatus. Si dixeris te non multa poſſe pati: quō tunc ſuſtinebis ignē purgatorij. De duobus malis ſp minus malum eſt eligēdum. Ut ergo eterna futura ſupplicia poſſis euadere mala preſentia ſtudeas ꝓ deo equanimiter tolerare. An putas quod hoīes ſeculi hui' nihil aut parum patiantur. Nec hoc inuenies etiam ſi delicatiſſimos q̄ſieris. S; habēt inquis multas delectationes ⁊ ꝓprias ſequuntur uoluntates: ideoq; parū ponderant ſuas tribulationes. Eſto q̄ ita ſit ut habeant qcquid uoluerīt: ſ; q̄diu putas durabit: Ecce queadmodum fumus deficient abūdātes in ſeculo: ⁊ nulla erit recordatio preteritorū gaudiorū. S; cū adh̄ uiuūt non ſine amaritudine ⁊ tedio ac timore in eis quieſcūt Ex eadem nanq; re uū delectatōnem concipiunt: ſibi inde doloris penā frequenter recipiunt. Juſte illis fit: ⁊ quia inordinate delectationes querunt ⁊ ſequūtur: non ſine amaritudine ⁊ confuſione eas expleant. O q̄ breues: q̄ falſe: q̄ inordinate ⁊ turpes oēs ſūt. Uerūtamen pre ebrietate ⁊ cecitate non intelligunt: ſ; uelut muta aīalia ꝓpter modicum corruptibilis uite delectamētum mortem aīe incurrunt Tu ergo fili p' concupiſcentias tuas non eas ⁊ a uoluntate tua auertere Delectare ī dn̄o ⁊ dabit tibi petitōes cordis tui. Etenī ſi ueraciter uis delectari ⁊ abundantius a me conſolari: ecce in contenptu oīum mundanorum ⁊ in abſciſione omnium infimarum delectationū erit benedictio tua: ⁊ copioſa reddetur tibi conſolatio. Et quanto plus te ab oī creaturarum ſolatio ſubtraxeris: tanto in me ſuauiores ⁊ potentiores conſolationes inuenies.

Sed primo non ſine quadā triſticia ⁊ labore certaminis ad has pertinges.

Obſiſtet inolita conſuetudo

ſed meliori conſuetudine de
uincetur. Remurmurabit
caro ſed feruore ſpūs refre-
nabitur. Inſtigabit te ⁊ exa
cerbabit ſerpens antiquꝰ: ſ;
orōne fugabitur: inſuper et
labore vtili adituꝰ ei magnus
obſtruetur.

### De obediētia humilis ſub diti ad exemplum ieſu xp̄i Cap. xiiij.

Illi qui ſe ſubtrahere
nititur ab obedientia
ipſe ſe ſubtrahit a grā. Et q̄
querit habere priuata amit-
tit cōmunia. Qui non liben
ter ⁊ ſpōte ſuo ſupiori ſe ſub
dit: ſignum ē ꝙ caro ſua nec
dum perfecte ſibi obedit: ſed
ſepe recalcitrat ⁊ murmurat
Diſce ergo celeriter ſuperio
ri tuo te ſubmittere ſi carnē
ꝓpriā optas ſbiugarī. Citius
nāq; exterius vincitur inimi
cus: ſi interior homo nō fue
rit deuaſtatus. Non eſt mo-
leſtior ⁊ peior anime hoſtis
ꝙ̄ tuipſe tibi non bene cōcor
dās ſpiritui. Oportet eniʒ ve
rum te aſſumere tuiipſius cō
tēptum ſi vis preualere adū
ſus carnem ⁊ ſanguinem: qr
adhuc nimis inordinate te di
ligis: ideo plene te reſignare
aliorum volūtati trepidas.
Sed quid magnum tu qui
puluis es ⁊ nihil: ſi propter
deum te ſubdis hoī: quando
ego oīpotens ⁊ altiſſimꝰ qui
cūcta creaui ex nihilo me ho
mini propter te ſubieci humi
liter. Factus ſum oīum hu-
milimus ⁊ infimꝰ: ut tuam
ſuperbiam mea humilitate
vinceres. Diſce obtēꝑare pul
uis: diſce te humiliare terra
⁊ limus ⁊ ſub oīum pedibuſ
incuruare: diſce voluntates
tuas frangere: ⁊ ad omniuʒ
ſubiectionem te dare. Exar
deſce contra te: nec patiaris
tumoreʒ in te viuere: ſed ita
ſubiectum ⁊ paruulum te ex
hibe: ut omnes ſuper te am
bulare poſſint ⁊ ſicut lutum
platearum cōculcare. Quid
habes hō inanis conqueri.
Quid ſordide peccator potes
cōtradicere exprobrātibꝰ ti
bi q̄ totiēs deum offēdiſti: et
totiens infernum meruiſti:
Sed pepercit tibi oculus me
us: quia p̄cioſa fuit aīa tua i
conſpectu meo ut cognoſce-
res dilectionem meam ⁊ gra
tus ſp beneficijs meis exiſte
res: ⁊ ad veram ſubiectionē
⁊ humilitatem te iugiter da
res: patienter q; propriuʒ cō
temptum ferres.

De occultis dei iudicijs con
ſiderandis ne extollamur in
bonis. Cap̄.xv.

Intonas ſuꝑ me iudi-
cia tua domine: ⁊ ti
more ac tremore cūctis oīa
oſſa mea: ⁊ expaueſcit ani
ma mea valde. Sto attonit⁹
⁊ conſidero qꝛ celi non ſunt
mūdi in conſpectu tuo Si in
angelis reperiſti prauitatem
nec tn̄ pepciſti: qd fiet ō me.
Ceciderūt ſtelle de celo ⁊ ego
puluis quid preſumo. Quoꝝ
opa videbantur laudabilia
ceciderunt ad infima: ⁊ qui
comedebant panem angelo
rum: vidi ſiliquis delectari
porcorū. Nulla ē ergo ſc̄itas
ſi manum tuam dn̄e retra-
has. Nulla ſapientia prodeſt
ſi gubernare deſiſtas. Nulla
iuuat fortitudo: ſi conſerua
re deſinas. Nulla ſecura ca
ſtitas: ſi eam non protegas
Nulla propria prodeſt custo
dia ſi non adſit tua ſacra vi
gilantia. Nam relicti mergi
mur ⁊ ꝑimus viſitati vero ui
uimus ⁊ erigimur. Inſtabi
les qppe ſumus ſꝫ per te ꝯfir
mamur: tepeſcimus ſed a te
accendimur O q̄ȝ humiliter
⁊ abiecte mihi de meipſo ſen
tiendum ē: q̄ȝ nihil pēdendū
ſi qd bonum videor habere.
O q̄ȝ profunde me ſubmitter̄
debeo ſub abyſſalibus iudi
cijs tuis dn̄e: vbi nihil aliud
me eſſe inuenio q̄ȝ nihil ⁊ ni
hil. O pōdus ī mēſum o pela
gus intranſnatabile: vbi ni
hil de me repio q̄ȝ in toto ni
hil. Ubi ē ergo latebra gl'ie:
vbi confidentia de gl'ia ꝯcep
ta. Abſorta omnis gl'ia va-
na in profunditate iudiciorū
tuorum ſuper me. Quid eſt
omnis caro in cōſpectu tuo.
Nūqd gl'iabitur lutum cōtra
formātem ſe. Qūo poteſt eri
gi vaniloquio: cuius cor in
veritate ſubiectum eſt deo.
Non eum totus mundus eri
geret quem ſibi ſubiecit veri
tas: nec omnium laudantiū
ore mouebitur qui totā ſpem
ſuam in deo firmauit. Nam
⁊ ipſi qui loquūtur ecce oēs
nihil: ⁊ deficient cum ſonitu
verborum. Ueritas aūt dn̄i
manet in eternum.

Qualiter ſtādum ſit ac di
cendum in omni re deſidera
bili. Cap̄.xvi.

Fili ſi dicas ī omni re.
Dn̄e ſi tibi placitū fu
erit fiat h ita. Dn̄e ſi ſit honō
tu⁹ fiat ī noīe tuo hoc. Dn̄e ſi

mihi videris expedire: ⁊ vti
le eẽ probaueris tunc da mi
hi h̄ vti ad honorem tuū; ſ;
ſi mihi nociuum fore cogno
ueris nec anime mee saluti
prodeſſe: aufer a me tale de
ſiderium. Non enim oē deſi
derium a ſpū ſcō ē etiam ſi
hoī videat̄ rectum aut bonū
Difficile eſt pro vero iudica
re an ſpūs bonus aut alien⁹
te īpellat ad deſiderandum
h̄ uel illud: an etiā ⁊ ꝓprio
mouearis ſpū. Multi in fine
ſunt decepti qui primo bono
ſpū videbantur inducti. Igi
tur ſꝑ cū timore dei ⁊ cordis
humilitate deſiderandum ē
⁊ petendum quicquid deſide
rabile menti occurrit maxīe
ꝙ cum propria reſignatione
mihi totum cōmittēdum ē at
ꝙ dicēdum. Domine tu ſcis
qualiter melius eſt: fac h̄ uel
illud ſicut volueris. Da qđ
vis ⁊ quātum vis ⁊ quando
vis. Fac mecum ſicut ſcis ⁊
ſicut tibi magis placuerit ⁊
maior honor tuus fuerit.
Pone me vbi vis: ⁊ libere
age mecum in omnibus. In
manu tua ego ſum: gyra ⁊
reuerſa me per circuitum.
En ego ſeruus tu⁹ paratus ad
omnia: quoniam non deſide
ro mihi viuere: ſ; tibi vtinā
digne ⁊ perfecte.

Oratō pro beneplacito dei
perficiendo. Cap. xvij.

Concede mihi benigniſ
ſime ieſu grām tuā;
ut mecum ſit ⁊ mecum labo
ret mecūꝙ vſꝙ in finem per
ſeueret. Da mihi ſꝑ deſidera
re ⁊ velle quod tibi magis
acceptum ⁊ chari⁹ placet.
Tua volūtas mea ſit: ⁊ mea
voluntas tuam ſequatur: ſꝑ
⁊ optime ei cōcordet. Sit mi
hi vnum velle ⁊ nolle tecū:
nec aliud poſſe velle aut nol
le niſi quod vis ⁊ nolis. Da
mihi omnibus mori que in
mūdo ſunt ⁊ propter te ama
re cōtēni ⁊ neſciri in h̄ ſecu
lo. Da mihi ſuper omnia de
ſiderata ī te quieſcere: ⁊ cor
meum ī te pacificare. Tu ue
ra pax cordis tu ſola requieſ
extra te omnia ſunt dura ⁊ ī
quieta. In hac pace ī idipſū
hoc eſt in te vno ſūmo ⁊ eter
no bono dormiam ⁊ requie
ſcam. Amen.

Quod verum ſolatium in
ſolo deo eſt querendum.
Cap. xviij.

Quicquid deſiderare uel cogitare poſſum ad ſolatium meum non hic expecto ſz in poſterum. Quod ſi oia ſolatia mūdi ſolus haberem z oibus delitijs frui poſſem: certum eſt quod diu durare non poſſent. Unde non poteris aia mea plene conſolari nec perfecte recreari: niſi in deo conſolatore pauperū ſuſceptore hūilium. Expecta modicum aia mea: expecta diuinū promiſſū z habebis abūdantiam omnium bonorū in celo. Si nimis inordinate iſta appetis preſentia: perdes eterna z celeſtia. Sint tpalia in uſu: eterna in deſiderio. Nō potes aliquo bono tpali ſatiari: quia ad hec fruenda non es creata. Etiam ſi omnia bona creata haberes nō poſſes eſſe felix z beata: ſz in deo qui cuncta creauit: tua btitudo tua z felicitas cōſiſtit: nō qlis uidetur z laudatur a ſtultis mundi amatoribus: ſz qualem expectāt boni xpi fideles z preguſtant interdum ſpūales ac mundi corde: quorum conuerſatio eſt in celis. Uanum eſt z breue oē humanum ſolatium. Beatum z uerum ſolatium quod intus a ueritate percipitur. Deuotus hō ubiqz ſecum fert conſolatorem ſuum ihm: z dic ad eū Adeſto mihi dñe ihu in oi loco z tpe. hec mihi ſit conſolatio libenter uelle carere omni humano ſolatio. Et ſi tua defuerit conſolatio ſit mihi tua uolūtas z iuſta probatio pro ſūmo ſolatio. Non enim in perpetuū iraſceris neqz in eternum cōminaberis

## Quod omnis ſollicitudo in deo ponenda eſt. Cap. xix.

Fili ſine me tecū agere quod uolo: ego ſcio quid expediat tibi. Tu cogitas ut hō in multis ſentis ſicut tibi humanus ſuadet affect⁹ Dñe uerum eſt quod dicis. Maior eſt ſollicitudo tua pro me quā oīs cura quam ego poſſum gerere pro me. Nimis enī caſualiter ſtat qui nō proijcit oēz ſollicitudinē ſuaz in te. Domine dūmodo volūtas mea recta z firma ad te permaneat fac de me quicquid tibi placuerit. Non enī poteſt eſſe niſi bonum quicquid de me feceris. Si me vis eſſe in tenebris: ſis bene dictus: z ſi me vis eſſe in luce: ſis iterū benedict⁹. Si me

dignaris consolari sis bñdictus: ⁊ si me vis tribulari: eq̄ sis sp̄ benedict⁹. Fili sic opoꝛtet te stare si mecum desideras ambulare. Ita ꝓmptus debes eē ad patiendum sicut ad gaudēdum Ita libēter debes esse inops ⁊ pauper sicut plenus ⁊ diues. Domine libēter patiar pro te quicq̄d volueris venire super me. Indifferēter volo de manu tua bonū ⁊ malum: dulce ⁊ amarum: letum ⁊ triste suscipere: ⁊ pro omnibus mihi contingentibus gr̄as agere. Custodi me ab oī petō: ⁊ non timebo moꝛtem nec infernu; dūmodo in eternum me non pꝛoijcias nec deleas me de libꝛo vite: nō mihi nocebit q̄cquid venerit tribulationis super me.

Quod tempoꝛales miserie xp̄i exēplo equanimiter sunt ferende. Cap̄. xx.

Fili ego descēdi de celo pro tua salute: suscepi tuas miserias non necessitate sed charitate trahēte: ut patientiam disceres et tp̄ales miserias non indignāter ferres. Nam ab hora oꝛtus mei vsq̄ ad exitum in cruce non defuit mihi tolerātia doloꝛis: defectum rerum tēporalium magnum habui: multas querimonias de me frequēter audiui: confusiones ⁊ oppꝛobria benigne sustinui: pro beneficijs ingratitudinem recepi: pro miraculis blasphemias: pro doctrīa reprehēsiones. Domine quia fuisti patiens in vita tua in hoc maxime implēdo pꝛeceptum patris tui: dignu; est ut ego misell⁹ peccatoꝛ s̄m voluntatem tuam patienter me sustinea;: ⁊ donec ipē volueris onus coꝛruptibilis vite ꝓ salute mea portē. Nam ⁊ si onerosa sentit̄ presens vita: facta est tamē iam per gr̄am tuam valde meritoria: atq̄ exemplo tuo ⁊ sanctoꝛum tuoꝛum vestigijs infirmis tolerabilioꝛ ⁊ clarioꝛ: sed ⁊ multo magis consolatoꝛia: q̄ oli; in lege veteri fuerat cu; porta celi clausa ꝑsisteret ⁊ obscurioꝛ etiam via videbatur qn̄ tam pauci regnum celoꝝ querer̄ curabāt: sed neq̄ qui tunc iusti erant ⁊ saluādi ante passionem tuam ⁊ sacre moꝛtis debitu; celeste regnū poterant introire. O quātas tibi gr̄as teneoꝛ referre q̄

rectam z bonam viā; digna
tus es mihi z cūctis fidelib⁹
ad eternum regnum tuum
oſtendere. Nam vita tua via
noſtra: z per ſanctam patiē
tiam ambulamus ad te q̄ es
corona noſtra. Niſi tu nos p̄
ceſſiſſes z docuiſſes: quis ſe
qui curaret. Heu quāti lōge
retroq; manerent niſi tua p̄
clara exempla inſpicerent.
Ecce adhuc tepeſcimus audi
tis tot ſignis tuis z doctrinis
quid fieret ſi tantum lumen
ad ſequendum te non habe
remus.

De tolerantia iniuriarum
z quis verus patiēs pbet̄.
a Cap. xxi.

Quid eſt quod loq̄ris
fili. Ceſſa cōqueri.
Conſidera meam z aliorum
ſcōrū paſſionem. Nōdū uſq;
ad ſanguinem reſtitiſti. Par;
eſt quod tu pateris in compa
tione eorum qui tam multa
paſſi ſunt: tam fortiter tēta
ti: tam grauiter tribulati: tā
multipliciter probati z exer
citati. Oportet te igitur alio
rum grauiora ad mente; re
ducere: ut leuius feras tua
minima. Et ſi tibi minima n̄
videntur: vide ne z h̄ tua fa
ciat impatientia. Siue tamē
pua ſiue magna ſint: ſtude
cūcta patienter ferre. Quā
to melius te ad patiendu; diſ
ponis: tāto ſapienti⁹ agis: z
amplius promereris: z fe
res leuius animo z uſu ad
hoc non ſegniter paratus.
Nec dicas non valeo h̄ ab ho
mine tali pati: nec huiuſcemo
di mihi patienda ſunt: graue
n̄. intulit dānū z improp rat
mihi que nunq̄ cogitaueram
ſed ab alio libenter patiar z
ſic patienda videro. Inſipiēs
eſt talis cogitatio que uirtu
tem patientie non cōſiderat
nec a quo coronanda erit: ſ;
magis perſonas z offenſas
ſibi illatas perpendit. Non ē
verus patiens qui non vult
pati niſi quātum ſibi viſum
fuerit z a quo ſibi placuerit
Verus autē patiens non at
tendit a quo homine: vtrum
a prelato ſuo an ab aliquo
equali aut inferiori vtru; a
bono z ſcō viro: uel a pũerſo
z indigno exerceatur: ſed in
differenter ab omni creatu
ra q̄tūcūq; z quotienſcunq;
ei aliquid aduerſi acciderit:
totum hoc gratanter de ma
nu dei accipit z ingens lucr;
reputat: quia nihil apud deū
q̄tūlibet puum pro deo tam

paſſum poterit ſine merito tranſire. Eſto igitur expeditus ad pugnam ſi uis habere uictoriam. Sine certamine non poteris uenire ad patiētie coronam. Si pati non uiſ recuſas coronari: ſi aūt corōnari deſideras: certa uiriliť ſuſtine patienter. Sine labore non tenditur ad requiem nec ſine pugna peruenitur ad uictoriam. Fac mihi domine poſſibile per grām qđ mihi impoſſibile uidetur per naturam Tu ſcis ꝙ modicū poſſum pati ⁊ quod cito deijcior leui exurgēte aduerſitate. Efficiatur mihi quelibet exercitatio tribulationis pro noīe tuo amabilis ⁊ optabilis: nā pati ⁊ uexari ꝑ te ualde ſalubre eſt anime mee.

## De confeſſioē ꝓprie infirmitatis ⁊ huius uite miſerijſ C.xxij.

Confiteor aduerſum me iuſticiam meam: confitebor ť dñe infirmitatē meam. Sepe parua res eſt q̄ me deijcit ⁊ cōtriſtat. Propono me fortiter acturum: ſꝫ cum modica tentatio uenerit magna mihi fit anguſtia. ualde uilis q̄nꝙ res eſt unđ grauiſ tentatio prouenit: ⁊ dū puto me aliquantulum tutum cuꝫ non ſentio: inuenio me non nunꝙ̄ pene deuictum ex leui flatu. Uide ergo domine hūilitatem meā ⁊ fragilitatem tibi undiꝙ notam. Miſerere mei ⁊ eripe me de luto ut nō infigar: non permaneam deuictus uſꝙ̄ꝗꝙ. hoc eſt quod me frequenter reuerberat ⁊ coram te confundit quod tā labilis ſū ⁊ infirmus ad reſiſtendum paſſionibus Et ſi non oīo ad conſenſionem trahit: tñ mihi etiam moleſta ⁊ grauis eſt eorum inſectatio: ⁊ tedet ualde ſic quotidie uiuere in lite Ex hinc nota ſit mihi infirmitas mea: quia multo facilius irruūt abhominande ſꝑ fantaſie q̄ diſcedunt. Utinam fortiſſime deꝰ iſrľ zelator aīarū fidelium reſpicias ſui tui laborem ⁊ dolorem: aſſiſtaſꝙ illi in oībus ad quecūꝙ perexerit. Robora me celeſti fortitudine: neque uetus homo miſera caro ſpiritui necdum plene ſubiecta ualeat: dñari aduerſus quaꝫ certare oportebit q̄diu ſpirať i hac uita miſerrima. heu qualis eſt hec uita ubi nō deſūt ťbulatioēs ⁊ mī

90

ſerie: vbi plena laqueis ⁊ hoſtib⁹ ſũt oĩa. Nam vna tribulatiõe ſeu tẽtatiõe recedente alia accedit: ſed adhuc priore durãte cõflictu alij plures ſupuenerũt ⁊ iſperate. Et quõ põt amari vita habẽs tãtas amaritudines ⁊ tot ſubiecta calamitatibus ⁊ miſerijs. Quõ etiam dicit̃ vita tot generãs mortes ⁊ peſtes: ⁊ tñ amat̃ ⁊ delectari in ea a multis querit̃. Reprehendit̃ frequẽter mundus q̃ fallax ſit ⁊ vanus: nec tamẽ facile relinquit̃ cum cõcupiſcẽtie carnis dominãt̃. S; alia trahũt ad amãdum: alia ad cõtẽnendum. Trahũt ad amorẽ mũdi deſiderium carnis: deſiderium oculoꝝ ⁊ ſupbia vite ſ; pene ac miſerie ſequentes ea odiũ mũdi pariũt ⁊ tediũ Sed vincit proh dolor delectatio praua mentem mundo deditam: ⁊ eſſe ſub ſenſibus delitias reputat: q2 dei ſuauitatem ⁊ interna; ṽtutis amenitatẽ: nec vidit nec guſtauit Qui aũt mundum pfecte cõtemnũt ⁊ deo viuere ſub ſcã diſciplina ſtudent iſti diuinã dulcedine; veris abrenũciatorib⁹ pmiſſam non ignorãt ⁊ q̃ grauiter mundus errat ⁊ varie fallit̃ vident.

## Quod in deo ſuper omnia bona ⁊ dona requieſcẽdu; eſt. Cap. xxiij.

Sup oĩa ⁊ in oĩb⁹ requieſce aĩa mea in dño ſp q2 ipſe eſt ſcõꝝ eterna requies Da mihi dulciſſime ⁊ amantiſſime ihũ in te ſuper omnẽ creaturam requieſcere: ſup omnem ſalutem ⁊ pulchritudinem: ſup omnem gloriam ⁊ honorem: ſup oẽm potẽtiã ⁊ dignitatem: ſup oẽm ſciã; ⁊ ſubtilitatem: ſuper oẽs diuitias ⁊ artes: ſuper omnem leticiam ⁊ exultatione;: ſup omnem famã ⁊ laudem: ſup omnem ſuauitatem ⁊ cõſolationem: ſup oẽm ſpem ⁊ promiſſionem: ſup oẽ meritum ⁊ deſiderium: ſup omnia dona ⁊ munera que potes dar̃ ⁊ infundere: ſup oẽ gaudiu; ⁊ iubilationem quã põt mẽs capere ⁊ ſentire. Demũ ſup omnes angelos ⁊ archangelos: ⁊ ſuper omnem exercitũ celi: ſup oĩa viſibilia ⁊ inuiſibilia: ⁊ ſuper omne quod tu deus meus non es: quia tu deus meus ſuper omnia optimus es: tu ſolus al-

ſiſſimus: tu ſolus potentiſſi-
mus: tu ſolus ſufficientiſſi
mus ꝛ pleniſſimus: tu ſolus
ſuauiſſimus ꝛ ſolatioſiſſim⁹
tu ſol⁹ pulcherrimus ꝛ amā
tiſſimus: tu ſolus nobiliſſi-
mus ꝛ glorioſiſſimus ſuper
omnia: in quo cūcta bona ſi
mul perfecte ſunt fuerunt ꝛ
erūt: atq; iō minus eſt ꝛ in
ſufficiens quicquid preter te
ipſum mihi donas: et dete
ipſo reuelas: uel ꝓmittis te
ñ uiſo nec plene adepto. Qm̄
quidem non pōt coꝛ meū ue
raciter requieſcere nec tota
liter contētari niſi in te req
eſcat: ꝛ oīa dona omnemq;
creaturā trāſcendat. O mi
dilectiſſime ſponſe iħu xp̄e
amator puriſſime domīator
uniuerſe creature: quis mihi
det pēnas uere libertatis ad
uolandū ꝛ pauſandum in te.
O qn̄ ad plenum dabitur ua-
care mihi ꝛ uidere ꝙ ſuauis
es dn̄e deus me⁹. Qn̄ ad ple
num recolligā me in te: ut ꝑ
amore tuo non ſentiam me:
ſ; te ſolum ſup omnē ſenſū ꝛ
modum in mō non oīb⁹ noto
Nunc aūt frequenter gemo
ꝛ īfelicitatem meā cū doloꝛe
porto: quia multa mala in
hac ualle miſeriarum occur
runt que me ſepius cōturbāt
contriſtāt: ꝛ obnubilāt ſepi⁹
impediunt ꝛ diſtrahunt: alli
ciunt ꝛ implicāt ne liberum
habeam acceſſū ad te: ꝛ ne
iocūdis fruar amplexibus ꝑ
ſto ſp btīs ſpiritibus. Moue
at te ſuſpirium meum ꝛ deſo
latio multiplex in terra. O
iħu ſplendoꝛ eterne gl'ie ſola
men pegrināt is aīe apud te
eſt os meum ſine uoce: ꝛ ſilē
tium meum loquitur tibi.
Uſquequo tardat venire do
min⁹ me⁹. Ueniat ad me pa
uperculum ſuum ꝛ letū fa-
ciat. Mittat manum ſua; ꝛ
me miſerū eripiat de oī āgu
ſtia. Ueni veni: qꝛ ſiñ te nul
la erit quieta dies aut hoꝛa:
quia tu leticia mea: ꝛ ſine te
vacua eſt menſa mea.
Miſer ſum ꝛ quodāmō in
carceratus ꝛ cōpedibus gra
uatus donec luce preſentie
tue me reficias ac libertati
dones: uultūq; amicabilem
demonſtres. Querant alij ꝑ
te aliud quodcūq; libuerit: ꝛ
mihi aliud interim nil placet
nec placebit niſi tu deus me⁹
ſpes mea: ſalus eterna. Non
reticebo nec deprecari ceſſa
bo donec grā tua reuertatur
mihi: ꝑ tu intus loquaris: Ec

te adſum. Ecce ego ad te qꝛ inuocaſti me: lachꝛyme tue ꝛ deſiderium aīe tue humiliatio tua ꝛ cōtritio cordis inclinauerūt me ꝛ adduxerūt ad te. Et dixi dñe iuocaui te ꝛ deſideraui frui te: paratus oīa reſpuere ꝓpter te. Tu eī prior excitaſti me ut quererē te. Sis ergo bñdict⁹ dñe: qui feciſti hāc bonitatem cū ſeruo tuo ſɓm multitudinem miſericordie tue. Quid habet vltra dicere dñe ſeruus tu⁹ coram te niſi ut humiliet ſe valde ante te memor ſꝑ proprie iniqtatis ꝛ vilitatis. Nō enim eſt ſimilis tui ī cunctis mirabilib⁹ celi ꝛ terre. Sūt opa tua bona valde dñe: iudicia vera: ꝛ ꝓuidētia tua regūtur vniuerſa. Laus ergo tibi ꝛ glīa o patris ſapientia: te laudet ꝛ bñdicat os meum: anima mea: ꝛ cuncta creata ſimul.

De recordatione beneficiorum dei multiplicium.

Cap. xxiij.

Aperi dñe cor meum ī lege tua: ꝛ in pceptis tuis doce me ambulare. Da mihi intelligere voluntatē tuam: ꝛ cum magna reuerētia ac diligēti cōſideratione beneficia tua tam in generali ꝙ in ſpeciali memorari: ut digne tibi ex hinc valeā grātias referre. Uerū ſcio ꝛ cōfiteor nec ꝓ minimo puncto me poſſe d̄bitas grāꝫ laudes pſoluere. Minor ego ſum oībus bonis mihi pſtitis: ꝛ cū tuam nobilitatem attendo d̄ficit pre magnitudine illius ſpūs meus. Oīa que in aīa habemus ꝛ in corpore ꝛ quecūqꝫ exterius uel īterius naturaliter uel ſupnaturaliter poſſidemus: tua ſunt beneficia: ꝛ te beneficum piū ac bonū cōmēdāt: a quo bona cūcta accepim⁹. Et ſi ali⁹ plura ali⁹ pauciora accepit: oīa tñ tua ſūt: ꝛ ſiñ te nec minimū haberi poteſt. Ille q maiora accepit nō poteſt merito ſuo gloriari nec ſuꝑ alios extolli nec minori inſultare: qꝛ ille maior ꝛ melior qui ſibi minus aſcribit ꝛ in regratiādo humilior eſt atqꝫ deuotior. Et q oīb⁹ viliorē ſe exiſtimat ꝛ īdigniorē ſe iudicat aptior ē ad percipiendum maiora: Qui autem pauciora accepit cōtriſtari nō debet nec indignāter ferre neqꝫ ditiori īuidere: ſꝫ te poti⁹ attēdere ꝛ tuā bonitatē maxie laudare ꝙ tā

affluenter tā gratis: tā liben ter ſinē pſonarꝫ acceptiōe tua munera largiris. Oīa ex te: ꝛ ideo in oībus es laudādus Tu ſcis quid vnicuiqꝫ dona ri expediat: ꝛ cur iſte minus ꝛ ille amplius habeat nō no ſtrū ſed tuum ē hoc diſcerne re: apud quem ſingulorꝫ dif finita ſūt merita. Unō dn̄e de us ꝓ magno etiā reputo bn̄ ficio nō multa habere: vn̄ ex terius ꝛ ſm hoīes laꝰ ꝛ glīa appareat. Jta ut quis cōſide rata pauptate ꝛ vilitate pſo ne ſue nō mō grauitatē aut triſticiam uel deiectionem i de cōcipiat: ſed potius cōſola tionem ꝛ hilaritatē magnā qꝛ tu deus pauperes ꝛ humi les atqꝫ huic mūdo ōſpectos tibi elegiſti in familiares et domeſticos. Teſtes ſunt ipſi apl̄i tui q̄s prīcipes ſup omnē terr am conſtituiſti: fuerunt tamē ſine querela cōuerſati in mūdo tam humiles ꝛ ſim plices ſine oī malicia ꝛ dolo ut etiam pati cōtumelias ga uderēt ꝓ noīe tuo: ꝛ q̄ mun dus abhorret ipſi amplecte rētur affectu magno. Nihil ergo amatorē tuum ꝛ cogni torem beneficiorꝫ tuorū ita letificare debet ſicut volūtas tua in eo ꝛ bn̄placitum eter ne diſpoſitionis tue: de qua tātum cōtētari debet ꝛ cōſo lari: ut ita libenter velit eſſe minimus ſicut aliquis opta ret eſſe maximꝰ: ꝛ ita pacifi cus ꝛ cōtētus ī nouiſſimo ſi cut in loco primo: atqꝫ ita li bēter deſpicabilis ꝛ abiectꝰ nulliꝰ quoqꝫ noīs ꝛ fame ſicˉ ceteris honorabilior ꝛ maior in mūdo. Nam volūtas tua ꝛ amor honoris tui oīa exce dere debet ꝛ plus eū cōſola ri magiſqꝫ placere q̄ oīa bn̄fi cia ſibi data uel dāda.

## De quatuor magnam ipor tātibꝰ pacē. Cap. xxv.

Fili nūc docebo te viā pacis ꝛ vere liberta tis. Fac dn̄e qđ dicis: quia h̄ mihi gratum ē audire. Stu de fili alterius potiꝰ facere voluntatem q̄ tuam. Elige ſemp minꝰ q̄ plus habere. Quere ſemper inferiorē lo cum ꝛ omnibus ſubeſſe. Op ta ſp ꝛ ora ut vuluntas dei ī tegre in te fiat. Ecce talis ho mo ingreditur fines pacis ꝛ quietis. Domine ſermo tuꝰ iſte breuis multum in ſe cō tinet pfectiōis: paruus eſt di ctu: ſed plenus ſenſu ꝛ vber

in fructu. Naʒ ſi poſſet a me
fideliter cuſtodiri: non debe
ret tam facilis in me turba
tio oꝛiri: nam quotiens me ĩ
pacatũ ſentio ⁊ grauatuʒ ab
hac doctrina me receſſiſſe in
uento. Sed tu qui oĩa potes
⁊ aĩe pꝛofectum ſꝑ diligis:
adauge maioꝛem grãm ut
poſſim tuuʒ complere ſermo
nem ⁊ meam perficere ſalu
tem.

Oꝛatio cõtra cogitationes
malas. Cap̃. xxvi.

DOmine deus meus ne
elongeris a me: deus
meus ĩ auxilium meuʒ reſpi
ce: qm̃ inſurrexerunt in me
cogitationes vane ⁊ timoꝛes
magni affligẽtes aĩam meaʒ
Quõ ptrãſibo illeſus: quõ ꝑ
fringam eá. Ego inquit ante
te ibo ⁊ glorioſos terre humi
liabo: aperiam ianuam car
ceris: ⁊ archana ſecretoꝛum
reuelabo tibi. Fac dñe ut lo
queris: ⁊ fugiant a facie tua
omnes inique cogitationes.
Hec ſpes ⁊ vnica conſolatio
mea ad te in omni tribulatõ
ne confugere: tibi confidere
ex intimo inuocare ⁊ patien
ter conſolationem tuam ex
pectare.

Oꝛatio ꝓ illuminatiõe mẽ
tis deuotiſſima. Ca. xxvij

CLarifica me bone ie
ſu claritate eterni lu
minis ⁊ educ de habitaculo
cordis mei tenebras vniuer
ſas. Cohibe euagatiões mul
tas: ⁊ elide vim facientes tẽ
tationes. Pugna foꝛtiter ꝓ
me ⁊ expugna malas beſtias
concupiſcentias dico illece
broſas: ut fiat pax in virtu
te tua ⁊ abundantia laudis
tue reſonet in aula ſancta':
hoc eſt in conſcientia pura.
Impa uentis ⁊ tempeſtatibꝰ
dic mari quieſce: dic aquilo
ni ne flaueris: ⁊ erit trãquil
litas magna. Emitte lucem
tuam ⁊ veritatem tuaʒ ut lu
ceat ſuper terram: quia ter
ra ſum inanis ⁊ vacua dõec
illumines me. Effunde grãʒ
tuam deſuper: perfunde coꝛ
meum grã' celeſti: miniſtra
deuotiõis aquas ad irrigãdã
faciem terre: ad ꝓducẽdum
fructum bonum ⁊ optimuʒ.
Eleua mentem preſſam mo
le pctõꝛum: ⁊ ad celeſtia to
tum deſiderium meum ſuſ
pende ut guſtata ſuauitate
ſuperne felicitatis pigeat:
de terrenis cogitare.

Rape me ꝛ eripe ab oī crea
turarum indurabili conſola
tione: qꝛ nulla res creata ap
petitum meū plenarie valꝫ
quietare ꝛ conſolari. Junge
me tibi inſepabili dilectiōis
vinculo qm̄ tu ſolus amanti
ſufficis: ꝛ abſqꝫ te friuola
ſunt vniuerſa.

### De euitatione curioſe inq ſitionis ſuper alteri⁹ vita. Cap. xxviij.

Fili noli eē curioſus:
nec vacuas gerer̄ ſol
licitudines. Quid hoc uel il
lud ad te: tu me ſequere.
Quid enim ad te vtrum ille
ſit talis uel talis: aut iſte ſic
agit uel loquitur. Tu non in
diges reſpondere pro alijs:
ſed pro teipſo ratiōnē reddes
Quid ergo te implicas. Ecce
ego oēs cognoſco: ꝛ cuncta
q̄ ſub ſole fiunt video: ꝛ ſcio
qualiter cum vnoquoqꝫ ſit
quid cogitet: quid velit: ꝛ ad
quem finem tēdat ei⁹ itētio.
Mihi igitur cōmittenda ſūt
omnia: tu vero ſerua te ī bo
na pace ꝛ dimitte agitantem
agitare quātū voluerit. Ue
niet ſuper eum quicquid fe
cerit vel dixerit: quia me fal
lere non poteſt. Non ſit tibi
cure de magni nōis vmbra
ꝛ non de multorum familia
ritate nec ď priuata hoīu dī
lectione. Iſta enim generāt
diſtractōnes ꝛ magnas ī cor
de obſcuritates. Libenter lo
querer tibi verbum meū ꝛ
abſcondita reuelarem: ſi ad
uentum meum diligenter ob
ſeruares ꝛ oſtium cordis mi
hi aperires. Eſto ꝓuidus ꝛ vi
gilia in orōnibus: ꝛ humilia
te in omnibus.

### In quibus firma pax cordis ꝛ verus profectus cōſiſtit. Cap. xxix.

Fili ego locutus ſum.
Pacem relinquo vo
bis: pacem meam do uobis:
nō quō mundus dat ego do
vobis. Pacem oēs deſiderāt
ſed que ad veram pacem ꝑti
nent nō oēs curāt. Pax mea
cum humilibus ꝛ māſuetis
corde. Pax tua erit ī multa
patientia. Si me audieris ꝛ
vocem meā ſecutus fueris
poteris multa pace frui Quid
igiť faciam: in oī re attende
tibi quid facias ꝛ qd dicas:
ꝛ omnem intētionem tuam
ad hoc dirige ut mihi ſoli
placeas: ꝛ extra me nihil cu
pias uľ queras: ſꝫ ꝛ de alioꝝ

dictis uel factis nil temere iudices: nec cum reb⁹ tibi ñ cõmiſſis te implices ⁊ poterit fieri ut parum uel raro turberis. Nũq̃ aũt ſentire aliquã turbationẽ nec pati aliquã cordis uel corpis moleſtiam: nõ ẽ preſentis tpis ſ; ſtat⁹ eterne quietis. Non ergo eſtimes te verã pacem inueniſſe: ſi nullã ſenſeris grauitatem: nec tũc totum eſſe bonum ſi neminem pateris aduerſarium: nec hoc eẽ perfectum ſi cũcta fiũt ſm tuũ affectum neq; tũc aliqd magni te reputes aut ſpecialiter dilectum exiſtimes ſi in magna fueris deuotiõe atq; dulcedine: qz in iſtis nõ cognoſcit verus amator virtutis: nec ĩ iſtis cõſiſtit profectus ⁊ pfectio hoĩs. In quo ergo dñe: In offerendo te ex toto corde tuo volũtati diuine: ñ querẽdo q̃ tua ſũt: nec ĩ puo nec in magno: nec in tpe nec in eternitate: ita ut in una equali facie in gratiarũ actione permaneas: inter ꝓſpera ⁊ contraria oĩa equa lance penſando. Si fueris tam fortis ⁊ longanimis in ſpe: ut ſubtracta interiori conſolatione etiam ad ampliora ſuſtinenda cor tuum ꝑpꝰraueris nec te iuſtificaueris ⁊ ſanctũ laudaueris: tunc in uera ⁊ recta uia pacis ãbulaſ ⁊ ſpes indubitata erit ꝙ rurſus in iubilo faciẽ meam ſis uiſurus. Quod ſi ad plenũ tuipſius cõtẽptũ perueneris ſcito ꝙ tunc abundãtia pacis pfrueris ſm poſſibilitatẽ tui incolatus.

De eminentia libere mẽtis ⁊ ꝙ ſuplex orõ magis meretur q̃ lectio. Cap̃.xxx.

Domine hoc opus eſt pfecti uiri nũq̃ ab intẽtione celeſtium animum relaxare: ⁊ inter multas curas quaſi ſine cura tranſire: non more torpentis: ſ; prerogatiua q̃dã libere mentis: nulli creature in ordinata affectione adherẽdo Obſecro te piiſſime deus meus ꝯſerua me a curis huius uite ne nimis implicer a multis neceſſitatibus corpis ne uoluptate capiar: ab uniuerſis aĩe obſtaculis ne moleſtijs fractus õijciar: non dico ab his rebus quas toto affectu ambit uanitas mundana: ſ; ab his miſerijs que animam ſerui tui communi maledicto mortali

tatis penaliter grauant ⁊ re tardant ne i libertatem ſpũs q̃tiẽs libuerit ualeat itroire O deus meus dulcedo ineffa bilis: uerte mihi in amaritu dinem omnẽ conſolationem carnalem ab eternoru; amo re me abſtrahentẽ ⁊ ad ſe in tuitu cuiuſdam boni delecta bilis p̃ſentis male alliciẽtem Non me uincat deus me⁹ nõ uincat caro ⁊ ſanguis: non me decipiat mundus ⁊ bre uis gloria eius: non me ſup plãtet diabolus ⁊ aſtutia illi⁹ Da mihi fortitdinẽ reſiſtendi patientiam tolerãdi, conſtan tiam pſeuerandi. Da ꝓ oĩb⁹ mundi conſolatiõibus ſuauiſ ſimam ſpũs tui unctionem: ⁊ pro carnali amore tui noĩſ infunde amorem: ecce cibus potus: ueſtis ac cetera utenſi lia ad corporis ſuſtẽtaculum pertinentia feruẽti ſpiritui ſunt onerosa. Tribue talib⁹ fomentis tempate uti nõ deſi derio nimio implicari Abijce re oĩa non licet: quia natura ſuſtẽtãda eſt: requirere aũt ſuperflua ⁊ q̃ magis delectãt lex ſcã ꝓhibet nam al's caro aduerſus ſpiritum inſoleſce ret. Inter h͛ queſo man⁹ tua me regat: ⁊ doceat ne quid nimium fiat.

## Quod priuatus amor a ſummo bono maxime retardat. Cap. xxxi.

Fili oport; te dare to tum ꝓ toto ⁊ nihil ſui ipſi⁹ eẽ. Scito ꝙ amator tui ipſi⁹ magis nocet ſibi q̃ aliq̃ res mũdi Scõm amorem ⁊ affectum quem geris: queli bet res plus vel min⁹ adhe ret. Si fuerit amor tu⁹ pur⁹ ſimplex ⁊ bñ ordinatus: eriſ ſine captiuitate rerum. Noli cõcupiſcere quod non licet habere. Noli haber̃ quod te põt impedire ⁊ libertate in teriori priuare. Miru; ꝙ nõ ex toto fũdo cordis teipſum mihi cõmittis cum oĩbus q̃ deſiderare potes uel habere Quare vano merore ꝯſume ris: Cur ſuperfluis curis fati garis. Sta ad beneplacitum meum: ⁊ nullum patieris de trimentum. Si queris hoc vel illud ⁊ volueris eẽ ibi ul' ibi ꝑpter tuũ comodũ ⁊ pro prium bñplacitu; magis ha bẽdũ: nũq̃ eris in q̄etudine nec liber a ſollicitudine: q2 i

oĩ repictur aliqs defect⁹: ⁊ ĩ oĩ loco erit qui aduerſet. Juuat igit nõ q̃libet res adepta uel multiplicata exterius: ſ; poti⁹ cõtẽpta ⁊ deciſa ex corde radicit⁹. Quod nõ tm̃ de cenſu eris ⁊ diuitiarũ ĩtelligas: ſ; de honoris etiã ambitu ac uane laudatiõis deſiderio: q̃ oĩa trãſeũt cũ mundo. Munit parũ loc⁹ ſi deẽ ſpũs feruoris. Nec diu ſtabit pax illa q̃ſita forinſec⁹: ſi uacat a uero fundamẽto ſtatus cordis: hoc eſt: niſi ſteteris in me ꝑmutare te potes: ſ; non meliorare. Nã occaſioẽ orta ⁊ accepta inuenies quod fugiſti ⁊ amplius.

Oratio ꝓ purgatioẽ cordis ⁊ celeſti ſapiã. Ca. xxxij.

Confirma me de⁹ per gratiã ſci ſpũs da uirtute; corroborari interiori hoĩe: ⁊ cor meũ ab oĩ inutili ſollicitudine ⁊ angore euacuare nec uarijs deſiderijs trahi cuiuſcũq; rei uilis aut precioſe: ſ; oĩa inſpicere ſicut trãſeũtia ⁊ me pariter cũ illiſ trãſiturũ: q2 nihil ꝑmanẽs ſub ſole niſi oĩa uanitas ⁊ afflictio ſpũs. O q̃ ſapiẽs q ita ↄſiderat. Da mihi dñe celeſtẽ ſapiã; ut diſcã te ſuꝑ oĩa querere ⁊ inuenire: ſuꝑ oĩa ſapere ⁊ diligere: ⁊ cetera ꝺm ordinẽ ſapientie tue ꝓut ſunt ĩtelligere. Da prudẽt declinare blãdientẽ: ⁊ patiẽter ferre aduerſantẽ: q2 hec magna ſapientia nõ moueri oĩ uento uerborũ nec aurẽ male blandienti pbere ſyrene: ſic eñi ĩcepta pergit uia ſecure.

Contra linguas obtrectatorum. Cap. xxxiij.

Fili nõ egre feras ſi qdã de te male ſenſerint ⁊ dixerint qđ non libenter audias. Tu deteriora de te ipſo ſentire debes: ⁊ neminẽ infirmiorẽ te credere. Si ambulas ab intra: nõ multũ põderabis uolãtia uerba. Eſt nõ parua prudentia ſilere ĩ tpe malo: ⁊ introrſus ad me cõuerti nec humano iudicio diſturbari. Nõ ſit pax tua in ore hoĩum ſiue eni; bene ſiue male interpretati fuerint non es igitur alter hõ. Ubi eſt uera pax: ⁊ uera gloria Nonne in me. Et qui nõ appetit hoĩb⁹ placẽ nec diſplicere timet; multa ꝑfruet pace

Ex iordinato amore ⁊ vano timore orit̃ omnis inq̃etudo cordis ⁊ diſtractio ſenſuuꝫ.

### Qualiter inſtãte tribulatõne deus inuocandus eſt ⁊ benedicendus.

Cap. xxxiiij.

SIt nomẽ tuum dñe benedictum ĩ ſecula q̃ uoluiſti hãc tentationẽ ⁊ tribulationẽ uenire ſuper me. Nõ poſſum eã effugere: ſꝫ neceſſe habeo ad te cõfugere ut me adiuues ⁊ in bonũ mihi cõuertas. Dñe modo ſum in tribulatioẽ: ⁊ non eſt cordi meo bene ſed multũ uexor a preſenti paſſione. Et nunc pater dilecte quid dicã. Dep̃hẽſus ſum inter anguſtias ſaluifica me ex hora hac. Sꝫ ꝓpterea ueni in hanc horã ut tu clarificeris cum fuero ualde humiliatus ⁊ per te liberatus. Cõplaceat tibi dñe ut eruas me: nã ego pauper q̃d agere poſſum: ⁊ quo ibo ſine te. Da patientiam dñe etiam hac uice. Adiuua me deus meꝰ: ⁊ nõ timebo quã tũ cũqꝫ grauatus fuero. Et nunc inter hec quid dicam. Domine fiat uoluntas tua: ego bene merui tribulari ⁊ grauari: oportet utiqꝫ ut ſuſtineam: ⁊ utinam patienter donec tranſeat tempeſtas et melius fiat. Potens eſt autem omnipotens manus tua etiam hanc tentationem a me auferre ⁊ eius impetum mitigare: ne penitꝰ ſuccũbã: quẽadmoduꝫ ⁊ priꝰ ſepe egiſti mecum deꝰ meꝰ miſericordia mea. Et quãto mihi difficiliꝰ: tanto tibi facilior eſt h̃ mutatio dextere excelſi.

### De diuino petendo auxilio ⁊ confidentia recuperãde gratie.

Cap. xxxv.

FIli ego dñs cõfortãs ĩ die tribulatiõis. Uenias ad me cum tibi non fuerit bñ. hoc eſt q̃d maxime impedit conſolationem celeſtem: quia tardius cõuertis te ad orationem. Nam ãteq̃ me intẽte roges: multa interim ſolatia queris ⁊ recreaſ te in externis. Ideoqꝫ fit ut parum omnia proſint donec aduertas quia ego ſum qui eruo ſperantes in me: nec eſt extra me valens conſilium neque vtile: ſed neque durabile remedium.

Sed iam reſumpto ſpũ poſt
tẽpeſtatem reconualeſce in lu
ce miſerationum mearum:
quia prope ſum dicit dñs: ut
reſtaurẽ vniuerſa: nõ ſoluꝫ
integre ſed ⁊ abundanter ⁊
cumulate. Nũquid mihi q̃c-
q̃ eſt difficile: aut ero ſimilis
dicenti ⁊ non facienti. Ubi
eſt fides tua. Sta firmiter ⁊
perſeuerãter. Eſto longani-
mis ⁊ vir fortis: veniet tibi
conſolatio in tpre ſuo expec
ta me expecta: veniam ⁊ cu
rabo te. Tẽtatio eſt que te
vexat: ⁊ formido vana que
te exterret. Quid importat
ſollicitudo de futuris contin
gentibus niſi ut triſticiaꝫ ſu
per triſticiam habeas. Suffi
cit diei malicia ſua. Uanum
eſt ⁊ inutile de futuris cõtur
bari uel gratulari que forte
nũq̃ eueniẽt. Sed humanũ
eſt huiuſmodi imaginationi
bꝰ illudi: ⁊ parui adhuc ani
mi ſignum tam leuiter trahi
a ſuggeſtiõe inimici Ipſe.n.
non curat an veris an falſis
illudat ⁊ decipiat: ⁊ utrum
preſentium amore an futu-
rorum formidine ꝓſternat.
Non ergo turbetur cor tuuꝫ
neq̃ formidet. Crede in me
⁊ in miſericordia mea habe
to fiduciam. Qñ tu te elõga
tum eſtimas a me: ſepe ſum
propinquior. Qñ tu eſtimas
totum ꝑditum: tunc ſepe ma
gis merendi inſtat lucrum.
Non eſt totum ꝑditum quan
do res accidit in contrariuꝫ.
Non debes iudicare ſm̃ pre
ſens ſentire: nec ſi grauitati
alicui vndecũq̃ venienti in
herere ⁊ accipere tãq̃ omnis
ſpes ſit ablata emergendi.
Noli putare te derelictuꝫ ex
toto: q̃uis ad tempus miſerĩ
tibi aliquam tribulationem
ſic enim tranſit ad regnum
celorum. Et hoc ſine dubio
magis expedit tibi ⁊ ceteris
ſeruis meis: ut exercitemini
aduerſis: q̃ ſi cũcta ad libitũ
haberetis. Ego noui cogita
tiones abſconditas: q̃ꝛ mul-
tum expedit pro ſalute tua
ut interdum ſine ſapore relĩ
quaris: ne forte eleueris in
bono ſucceſſu: ⁊ tibiipſi pla
cere velis in eo quod nõ es.
Quod dedi auferre poſſum:
⁊ reſtituere cum mihi placue
rit. Cum dedero meum ẽ: cũ
ſubtraxero tuum non tuli:
quia meum eſt oẽ datum bo
num ⁊ oẽ donum ꝑfectum.
Si tibi admiſero grauitateꝫ
aut q̃lĩbꝫ ꝯtrarietatẽ: non

idigneris necꝫ cōcidat coꝛ tu um: ⁊ ego cito ſubleuare poſ ſum ⁊ oē on⁹ in gaudiū trāſ mutare. Uerūtamē iuſt⁹ ſuꝫ ⁊ recōmēdabit' multū cū ſic facio tecum. Si recte ſapis ⁊ in veritate aſpicis nūqꝫ de bes ꝓpter aduerſa tam de⸗ iecte contriſtari: ſed magis gaudere ⁊ grās agere: imo hoc vnicum reputare gaudi um ꝙ affligēs te doloribꝰ nō parco tibi. Sicut dilexit me pater ego diligo vos dixi di lectis diſcipulis meis quos vtiqꝫ nō miſi ad gaudia tem poꝛalia: ſed ad magna certa mina non ad honoꝛes ſed ad deſpectōnes: nō ad ociū: ſed ad laboꝛes non ad requiem: ſed ad afferendum fructum multum in patientia. Hoꝛuꝫ memento fili mi verboꝛum.

De neglectu omnis creatu re ut creatoꝛ poſſit inueni ri. Cap. xxxvi.

Domine mi adhuc be ne īdigeo maioꝛi grā ſi debeam illuc ꝑuenire vbi me nemo poterit nec vlla cr̄ atura impedire. Nam q̄diu res aliq̄ me retinet: non poſ ſum libere ad te volare. Cu piebat libere volare qui dice bat: Quis dabit mihi pēnas ſicut columbe: ⁊ volabo ⁊ requieſcam. Quid ſimplici oculo quieti⁹: ⁊ quid liberi⁹ nil deſiderante in terris. Opoꝛtet igit̄ omnem ꝑtrāſi re creaturam: ⁊ ſeipſum per fecte deſerere ac in exceſſu mentis ſtare ⁊ videre te oīuꝫ cōditoꝛem cuꝫ creaturis nil ſimile habere. Et niſi qs ab oībus creaturis fuerit expe ditus nō poterit libere intē dere diuinis. Ideo enim pau ci inueniunt̄ cōtēplatiui: qꝛ pauci ſciunt ſe a perituris creaturis ad plenum ſeque ſtrari. Ad hoc magna requi ritur grā q̄ animam leuet et ſupꝛa ſeipſam rapiat. Et niſi hō ſit in ſpū eleuat⁹ ⁊ ab oī bꝰ creaturis liberat⁹ ac deo totus vnitus: quicquid ſcit: qcqd etiam habet: non ē ma gni ponderis. Diu puus erit ⁊ in terra iacebit q aliqd ma gni eſtimat niſi ſolum vnuꝫ imenſum eternum bonum. Et qcqnid deus nō eſt: nihil ē ⁊ pꝛo nihilo computari de bet. Eſt qppe magna differē tia ſapīa illuminati ⁊ deuoti viri: ⁊ ſcīa litterati ⁊ ſtudio ſi clerici. Multo nobilioꝛ eſt illa doctrina q̄ de ſurſum ex

dīna īfluētia manet q̄ꝫ q̄ labo
rioſe hūano acqrit̄ īgenio.
Plures repiūt̄ cōtēplationē
ꝯſiderare: ſed q̄ ac eā regrūt̄
nō ſtudēt exercere. Eſt ꝛ ma
gnum impedimentum: qꝛ in
ſignis ꝛ in rebus ſenſibilibꝰ
ſtat̄ ꝛ parū de pfecta morti
ficatōne habetur. Neſcio qd̄
ē ꝛ quo ſpū ducimur ꝛ quid
ꝑtendimus q ſpūales dici vi
demur: ꝙ totum laborem ꝛ
ampliorem ſollicitudinē pro
trāſitorijs ꝛ vilibus rebꝰ agi
mꝰ: ꝛ de interioribus noſtriſ
vix raro plene recollectis ſē
ſibus cogitamꝰ. Prohdolor
ſtatim poſt modicam recolle
ctionē foras erūpimus: nec
opa noſtra diſtricta examina
tione trutinamus. Ubi iacēt
affectꝰ noſtri nō attēdimꝰ: ꝛ
q̄ꝫ impura ſint oīa nr̄a nō de
ploramus. Oīs qppe caro cor
ruperat uiā ſuā ꝛ iō ſequeba
tur diluuiū magnū. Cū ergo
interior affectus noſter cor
ruptꝰ ſit: neceſſe ē ut actio ſe
quēs index carentie interio
ris uigoris corrumpat̄. Ex
puro corde ꝓcedit fructꝰ bo
ne uite. Quantū quis fecerit
querit̄: ſꝫ ex quāta v̄tute agit
nō tā ſtudioſe penſat̄. Si fue
rit fortis: diues: pulcher: ha
bilis uel bonus ſcriptor: bo
bonus cātor bonꝰ laborator
inueſtigator: q̄ꝫ paup ſit ſpū:
q̄ꝫ patiens ꝛ mitis: q̄ꝫ deuotuſ
ꝛ internus a multis tacetur.
Natura exteriora hoīs reſpi
cit: grā ad in teriora ſe con
uertit. Illa frequenter fallit̄
iſta in deo ſperat ut nō deci
piat̄.

### De abnegatioē ſui ꝛ abdicatioē oīs cupiditatis.
### Cap. xxxvij.

Fili nō potes perfecte
poſſidere libertatem
niſi totaliter abneges temet
ipſū. Compediti ſūt oēs ꝓpri
etarij ꝛ ſui ipſiꝰ amatores:
cupidi: curioſi gyrouagi que
rētes ſemp mollia: nō q̄ iħu
xp̄i: ſꝫ ſepe hoc fingentes ꝛ
cōponētes ꝙ nō ſtabit. Peri
bit eni totū qđ non eſt ex deo
ortū. Tene breue ꝛ cōſuma
tū verbum. Dimitte oīa: ꝛ ī
uenies oīa. Dimitte cupidita
tem ꝛ inuenies requiē. Hoc
mēte ptracta: ꝛ cū ipleueris
oīa intelliges. Dñe h̄ nō eſt
opꝰ uniꝰ diei nec ludꝰ paruu
lorum: imo in hoc breui in
cluditur omnis perfectio re
ligioſorum. Fili non debes
auerti nec ſtatī deijci auditꝭ

via perfectorum ſed magis ad ſublimiora prouocari et ad minus ad hec ex deſiderio ſuſpirare. Utinam ſic tecū eſſet et adhoc perueniſſes ut tuiipſius amator non eſſes ſed ad nutum meū pure ſtares: et eius quem tibi pposui patris tunc mihi valde placeres et tota vita tua cum gaudio et pace tranſiret. Habes adhuc multa ad relinquendū qui niſi mihi ex integro reſignaueris non acquires quid poſtulas. Suadeo tibi a me emere aurum ignitum ut locuplex fias: id eſt: ſapientiam celeſtē omnia infima conculcantem Poſtpone terrenam ſapientiam: omnē humanā complacentiam etiam ppriā Dixi tibi viliora emenda pro precioſis et altis in rebus humanis. Nam vilis et pua ac pene obliuioni tradita uidetur vera celeſtis ſapientia: non ſapiens alta de ſe nec magnificari querens in terra: quam multi oretenus pdicant ſed vita longe diſentiunt: ipſa tamen eſt precioſa margarita a multis abſcondita.

De inſtabilitate cordis et de intentione finali ad deum habenda. Cap. xxxviij.

Fili noli credere affectui tuo: qui nūc eſt cito mutabitur in aliud. Quā diu. n. vixeris mutabilitati ſubiectus eris: etiam nolēs ut modo letus: modo triſtis: modo pacatus: modo turbatus nūc deuotus: nūc indeuotus: nūc ſtudioſus: nūc accidioſus nunc grauis nūc leuis inueniris. Sed ſtat ſuper hec mutabilia ſapiens et bene doctus in ſpū: non attendens quid in ſe ſentiat uel qua pte flet ventus iſtabilitatis: ſed ut tota intentio mentis eius ad debitum et ad optimum proficiat finem. Nam ſic poterit vnus et idem inconcuſſus pmanere ſimplici intentionis oculo per tot varios euētus ad me imptermiſſe directo. Quāto āt purior fuerit intētionis oculus tanto conſtantius iter diuerſas itur procellas Sed in multis caligat oculus intentionis: reſpicit. n. cito in aliquod delectabile quod occurrit: et raro totus liber quis inuenitur a neuo proprie exquiſitionis. Sic iudei olim venerant in betaniam ad marthā et mariam non propter ihm tm: ſed ut lazarum viderēt.

Mūdād⁹ ē ergo itētiōis oculus ut ſimplex ꝛ rect⁹ atq̧ vltra omnia varia media ad me dirigendus.

Quod amāti ſapit deus ſuper omnia ꝛ in omnibus.
Cap .xxxix.

O Dulciſſime dñe ihu q̃nta ē dulcedo deuo te aíe tecū epulantis in cõui uio tuo ubi ei non alius cib⁹ man ducãdus ꝓponit̃ niſi tu unicus dilectus eius ſuper oía deſideria cordis eius de ſiderabilis. Et mihi quidem dulce foret in preſentia tua ex ītimo affectu lachrymas fun dere: ꝛ cum pia magdalena pedes tuos lachrymis irriga re. Sed ubi eſt hec deuotio vbi lachrymarum ſcárum coploſa effuſſio Certe in cõſ pectu tuo ꝛ ſcõꝝū angeloꝝū tuoꝝū totū coꝛ meum ardere deberet ꝛ ex gaudio flere. Ha beo enim te in ſacramentis uere preſentem: q̃uis aliena ſpecie occultatum. Ná in pro pria ꝛ diuina claritate te cõſ picere oculi mei ferre nõ poſ ſent: ſed neq₃ totus mundus in fulgore gl'ie maieſtatis tue ſubſiſteret In hoc ergo imbecillitati mee cõſulis ꝙ te ſub ſacramento ab ſcõdis habeo uere ꝛ adoro quē an geli adorant in celo: ſed ego adhuc interim in fide: illi aūt in ſpecie ꝛ ſine uelamie. Me oportet contētum eſſe ī lumi ne uere fidei ꝛ in ea ambula re donec aſpiret dies eterne claritatis ꝛ umbre figuraꝝū inclinentur. Cū aūt uenerit quod perfectu; eſt: ceſſabit vſus ſacramentorum: quia beati in gloria celeſti non egent medicamie ſacramen tali: gaudent enim ſine fi ne in preſentia dei: facie ad faciem gloriam eius ſpe culantes ꝛ de claritate in claritatem abyſſalis deitatis deitatis tranſformari guſtāt uerbum dei carnem factum ſicut fuit ab initio et manet ī eternum. Memor horum

mirabilium graue mihi fit
tediuȝ etiam quodlibet ſpūa
le ſolatium: qꝛ q̄diu dn̄m me
um aperte i ſua gl'ia non ui
deo: pro nihilo duco oē quod
in mūdo cōſpicio ꝛ audio Te
ſtis es tu mihi deus ꝙ nulla
poteſt me res cōſolari: nulla
creatura quietare niſi tu de
us meus: quem deſidero eter
naliter cōtemplari Sed non
eſt hoc poſſibile durante me
i hac mortalitate. Ideo opor
tet ut me ponam ad magnaȝ
patiētiam: ꝛ meipſum in oī
deſiderio tibi ſubmittaȝ. Nā
ꝛ ſci tui dn̄e q̄ tecum iam in
in regno celorum exultant: i
fide ꝛ patientia magna dum
viuerent aduētum gl'ie tue
expectabant. Quod illi credi
derūt ego credo: quod illi ſpe
rauerunt ego ſpero: quo illi
ꝑuenerūt per gr̄am tuaȝ me
venturum confido. Ambu-
labo interī in fide exemplis
cōfortatus ſcōruȝ. habeo ēt
libros ſcōs pro ſolatō ꝛ vite
ſpeculo: atqꝫ ſuper hec oīa
ſanctiſſimum corpus tuum
pro ſingulari remedio ꝛ re
fugio Duo nāqꝫ mihi neceſſa
ria ꝑmaxime ſentio in hac vi
ta: ſine quibus mihi īportabi
lis foret iſta miſerabilis uita

In carcere corporis huiꝰ de
tētus duobus me egere fate
or: cibo ſcȝ ꝛ lumine Dediſti
itaqꝫ mihi infirmo ſacruȝ cor
pus tuum ad refectionē mē
tis ꝛ corpis: ꝛ poſuiſti lucer
nam pedibus meis verbum
tuum. ſine his duobus bene
viuere non poſſem. nam ver
bum dei lux aīe mee ꝛ ſacra
mētum tuuȝ panis vite. hec
poſſunt etiam dici mēſe due
hinc ꝛ inde i gazophilatio ſā
cte eccl'ie poſite. Una mēſa
eſt ſacri altaris habēs panē
ſanctum id eſt corpus xp̄i ꝑ
cioſum. Altera eſt diuine le
gis cōtinēs doctrinam ſcām
erudiens fidem rectam ꝛ fir
miter vſqꝫ ad interiora vela
minis ubi ſunt ſcā ſcōrum ꝑ
ducens. Gr̄as tibi dn̄e ieſu
lux lucis eterne pro doctrine
ſacre menſa quā nobis ꝑ ſer
uos tuos ꝓph̄as ꝛ apl'os ali
oſqꝫ doctores miniſtraſti.
Gr̄as tibi creator ꝛ redemp-
tor hoīum q ad declarādam
toti mūdo charitatem tuam
cenam paraſti magnam: i q̄
nō agnū typicū ſȝ tuuȝ ſciſſi
mum corpus ꝛ ſanguinem ꝑ
poſuiſti manducādum: letifi
cans omnes fideles cōuiuio
ſacro ꝛ calice inebriās ſalu

tari: ĩ quo ſunt oẽs delitie pa
radiſi: ⁊ epulantur nobiſ
cum angeli ſcĩ: ſed ſuauitate
feliciori. O quam magnum
⁊ honorabile eſt officium ſa
cerdotum quibus datum eſt
dñꝫ maieſtatis uerbis ſacris
cõſecrare: labijs benedicere
manibus tenere: ore proprio
ſumere: ⁊ ceteris miniſtrar̃.
O q̈ mũde debẽt eſſe manus
ille: q̈ purũ os: q̈ ſcm̃ corp⁹:
q̈ immaculatum erit cor ſa
cerdotis: ad quem totiens in
greditur auctor puritatis. Ex
ore ſacerdotis nihil niſi ſcm̃
nihil niſi honeſtum ⁊ vtile ꝓ
cedere debet verbum qui tã
ſepe chriſti accipit ſacramen
tum. Oculi eius ſimplices ⁊
pudici: qui chriſti corpus ſo
lẽt intueri. Manus pure ⁊ ĩ
celum eleuate q̃ creatorẽ ce
li ⁊ terre ſolẽt ꝯtrectare. Sa
cerdotibus ſpãliter in lege di
citur. Sãcti eſtote qm̃ ego ſã
ctus ſum dñs deus veſter.
Adiuuet nos gratia tua oĩpo
tẽs deus: ut qui officiũ ſacer
dotale ſuſcepim⁹ digne ac de
uote tibi in oĩ puritate ⁊ con
ſciẽtia bona famulari valea
mus Et ſi non poſſum⁹ ĩ tan
ta innocẽtia vite conuerſari
ut debemus: concede nobis
tamẽ digne flere mala q̃ geſſi
mus ut in ſpũ humilitatis ac
bone volũtatis ꝓpoſito tibi
feruentius de cetero deſerui
re valeamus.

Quod magna diligentia ſe
debeat cõmunicatur⁹ xp̃o
preparare. Cap̃. xij.

Ego ſũ puritatis ama
tor ⁊ dator oĩs ſcĩtatiſ
Ego cor purum q̃ro: ⁊ ibi eſt
locus requietionis mee. Pa
ra mihi cenaculum grande
ſtratum: ⁊ faciam apud te
paſca cũ diſcipulis meis. Si
uis ueniam ad te et apud te
maneam: expurga uetus fer
mentum ⁊ munda cordis tui
habitaculum. Exclude totũ
ſeculum ⁊ omnem uitiorum
tumultum ſede tanq̃ paſſer
ſolitarius in tecto ⁊ cogita ex
ceſſus tuos in amaritudine
anime tue. Oĩs namq; amãs
ſuo dilecto amatori optimũ ⁊
pulcherimum ꝑparat locum
quia in hoc cognoſcitur af-
fectus ſuſcipientis dilec-
tum. Scito tamen te non poſ
ſe ſatiſfacere huic ꝑpatiõi
ex merito tue actionis etiam
ſi per integrum annũ te pre
parares ⁊ nihil aliud in mẽte
haberes. Sꝫ ex ſola pietate

⁊ grã mea permitteris ad mẽ ſam meam accedere: ac ſi mẽ dicus ad prandium uocareť diuitis: ⁊ ille nihil aliud ha beat ad retribuendum bñfi cij eius niſi ſe humiliando ⁊ regratiando. Fac quod in te eſt ⁊ diligenter facito non ex conſuetudine non ex ne- ceſſitate: ſed cum timore ⁊ reuerentia ⁊ affectu accipe corpus dilecti dñi tui dignan tis ad te uenire. Ego ſum q uocaui: ego iuſſi fieri: ego ſupplebo quod tibi de eſt: ue ni ⁊ ſuſcipe me Cum grãm d̄ uotionibus tribuo: grãs age deo tuo: non quia dignus es ſed quia tui miſertus ſum. Si non habes ſed magis ari dum te ſentis: inſiſte oṙoni: ingemiſce ⁊ pulſa: nec deſi ſtas donec merearis micam aut guttam gr̄e ſalutaris ac cipere. Tu mei indiges non ego tui indigeo Nec tu me ſci ficare ⁊ meliorare uenis. Tu uenis ut ex me ſcificeris et mihi uniaris ut meam grã; recipias ⁊ de nouo ad emẽda tionem accendaris. Noli ne gligere hãc grãm: ſꝫ prepara cum oĩ diligentia cor tuum ⁊ introduc ad te dilectum tuũ. Oportet ãt ut non ſolum te ꝑpes ad deuotionem añ coĩo nem: ſ; ut ẽt te ſollicite con ſerues in ea poſt ſacramenti pceptionem. Nec mĩor cuſto dia poſt exigitur ꝙ̃ deuota ꝑ patio prius: nam bona poſt modum cuſtodia optĩa iterũ ẽ prepatio ad maiorem grã; ꝯſequẽdam Ex eo quippe val de indiſpoſit⁹ qs reddiť ſi ſta tim fuerit nimis effuſ⁹ ad ex teriora ſolatia. Caue a multi logo: mane in ſecreto ⁊ frue re deo tuo. Jp̄um enim hẽs quem totus mũd⁹ tibi aufer re nõ põt. Ego ſum cui te to tum dare debes: ita ut iam ul tra ñ ĩ te ſ; ĩ me abſq; oĩ ſolli citudine viuas.

Quod toto corde aĩa deuo ta chriſti vnione; in ſacra mento affectare debet.

Cap̄. xiij.

Quis mihi det dñe ut ĩ ueniam te ſolum et aperiam tibi totum cor meũ: ⁊ fruar te ſicut deſiderat aĩa mea: ⁊ iam me nemo deſpici at nec vlla creatura me mo ueat uel reſpiciat: ſed tu ſol⁹ mihi loquaris ⁊ ego tibi: ſiċ ſolet dilectus ad dilectum lo qui: ⁊ amicus cum amico cõ uiuari. hoc oro: hoc deſidero ut tibi totus vniar ⁊ cor meũ

122

ab omnibus creatis reb⁹ ab ſtrahã: magiſq₃ p̱ ſacram cõ munionem ac frequẽtem ce lebratione; celeſtia ⁊ eterna ſapere diſcã Ah dñe deus qñ ero tecum totus vnitus ⁊ ab ſorţ⁹: meiq₃ totaliter oblit⁹: Tu in me ⁊ ego ĩ te: ⁊ ſic nos pariter in vnum manere cõ cede. Uere tu es dilectus me us electus ex milib⁹ ĩ quo cõ placuit aĩe mee habitare om nibus diebus vite ſue. Uere tu pacificus meus ĩ quo pax ſũma ⁊ requies vera extra quem labor ⁊ dolor ⁊ infini ta miſeria. Uere tu es deus abſconditus ⁊ conſiliu; tuũ non eſt cum impijs ſed cum humilibus ⁊ ſimplicibus ſer mo tu⁹. O quã ſuauiſ eſt dñe ſpũs tuus: qui ut dulcedine; tuam in filios demonſtrares pane ſuauiſſimo de celo dſcẽ dente illos reficere dignaris Uere non eſt alia natio tam grandis que habeat deos ap propinquantes ſibi ſicut tu deus noſter ades vniuerſis fidelib⁹ tuis: quibus ob quo tidianum ſolatium ⁊ cor eri gẽdum in celu; te tribuis ad edendum ⁊ fruendum. Que eſt enim alia gẽs tam inclyta ſicut plebs xp̄iana: aut que creatura ſub celo ta; dilecta ut anima deuota ad quam in greditur deus ut paſcat eam carne ſua glorioſa. O ineffa bilis gratia: o ãmirabilis di gnatio: o amor ĩmenſus ho mini ſingulariter impenſus Sed quid retribuam dño p̱ gratia iſta: pro charitate ta; eximia. Non eſt aliud quod grati⁹ donare queã q̃₃ ut cor meum deo meo totaliter tri buã ⁊ intime cõiungã. Tunc exultabũt oĩa interiora mea cum p̱fecte fuerit unita deo aĩa mea. Tunc dicet mihi ſi tu uis eſſe mecum: ego uolo eẽ tecum Et ego reſpondebo illi. Dignare domine manere mecum: ego uolo libenter eẽ tecum. hoc eſt totum deſide rium meũ ut cor meũ tibi ſit unitum.

De quorũdam deuotorum ardenti deſiderio ad corp⁹ chriſti. Cap. xiiij.

O Quã magna multitu do dulcedinis tue dñe quam ab ſcondiſti timenti bus te. Quando recordor de uotorum aliquorũ ad ſacra mentum tuum dñe ut cũ ma xĩa deuotioẽ ⁊ affectu accedẽ tiũ: tũc ſepi⁹ ĩ meipſo ꝯfũdor

⁊erubeſco ꝙ ad altare tuuȝ
⁊ ſacre coīonis mēſaȝ tā tepi
de ⁊ frigide accedo: ꝙ ita ari
dus ⁊ ſine affectione cordis
maneo: ⁊ ꝙ non ſum totalit̄
accenſus coram te deo meo:
nec ita vehemēter attract⁹ ⁊
affectus ſicut multi deuoti
fuerūt: qui pre nimio deſide
rio coīonis ⁊ ſenſibili cordis
amore a fletu ſe nō potuerūt
cōtinere: ſed ore cordis ⁊ cor
poris pariter ad te deū fontē
viuuȝ medullit⁹ inhiabant: ſ
ſuaȝ eſuriē nō valētes aliter
tēperare nec ſatiare niſi cor
pus tuum cum oī iocūditate
⁊ ſpūali auiditate accepiſſēt.
O vera ardēs fides: eorūȝ ꝓ
babile exiſtens argumentuȝ
ſacre preſentie tue Iſti.n.ue
raciter cognoſcunt dn̄m ſuū
in fractiōe panis: quorū cor
tam ualide ardet ī eis de ihū
ambulante cum eis. Longe
eſt a me ſepe talis affectus ⁊
deuotio: tā uehemens amor
et ardor. Eſto mihi ꝓpitius
ihū bone dulcis ⁊ benigne ⁊
concede pauperi mēdico tuo
uel īterdum modicum ō cor
diali affectu amoris tui in ſa
cra coīone ſentire ut fides
mea magis conualeſcat: ſpeſ
in bonitate tua proficiat: et
charitas ſemel perfecte accē
ſa ⁊ celeſt: māna experta nū
ꝗ̄ deficiat. Potens eſt autē
miſericordia tua etiam grāȝ
deſideratam mihi preſtare:
⁊ in ſpū ardoris cū dies bn̄
placiti tui aduenerit me cle
mentiſſime uiſitare. Etenim
licȝ tanto deſiderio tā ſpecia
lium deuotorū tuorū non ar
deo: tn̄ ō gratia tua illius ma
gni inflāmati deſiderij deſide
rium habeo orās ⁊ deſiderās
oīum talium feruidorū ama
torum tuorum ꝑticipē me fie
ri: ac eorum ſcō conſortio an
numerari.

Quod grā deuotionis hu
militate ⁊ ſuiipſius abnega
tione acquiritur.

Cap. xv.

OPortet te deuotionis
gratiā inſtāter q̄rere
indeſinenter petere: patiēter
⁊ fiducialiter expectare: gra
tanter recipere hūiliter con
ſeruare: ſtudioſe cum ea op
ari: ac deo tempus ⁊ modum
ſuperne uiſitationis donec
ueniat cōmittere. Humiliare
ꝑcipue te debes cū paruȝ aut
nihil deuotionis interius ſen
tis: ſed non nimium deiici:
nec inordinate contriſtari.
Dat ſepe deus in uno breui

momēto quod lōgo negauit
tpre. Dat etiam qñqȝ in fine
qḋ in pricipio orationis largi
re distulit. Si ſp cito gr̃a da
ref ꝛ ꝑ voto adeſſet: nō eēt
infirmo hoī bene portabile.
Propterea in bona ſpe ꝛ hu
mili patientia expectanda eſt
deuotōis gr̃a. Tibi tñ ꝛ pctis
tuis imputa cum non datur
uel etiam occulte tollitur.
Modicum qñqȝ eſt qḋ gr̃am
ĩpedit ꝛ abſcōdit ſi tñ modi
cum ꝛ non poti⁹ grande dici
debeat qḋ tātum bonuȝ ꝓhi
bet. Et ſi h̄ ipm modicum uł
grāde amoueris ꝛ perfecte
viceris erit quod petiſti. Sta
tim nāqȝ ut te deo ex toto cor
de tradideris: nec hoc uel il
lud ꝑ tuo libito ſeu velle q̄
ſieris ſed integre te in ipſo
poſueris vnitum te inuenieſ
ꝛ pacatum: qꝛ nil ita bene ſa
piet ꝛ placebit ſicut benepla
citū diuine voluntatis. Quiſ
quis ergo intētionem ſuam
ſimplici corde ſurſum ad de
um leuauerit ſeqȝ ab omni ĩ
ordinato amore ſeu diſplicē
tia cuiuſlibet rei create eua
cuauerit: aptiſſimus gratie
ꝑcipiende ac dignus deuotio
nis munere erit. Dat enīȝ do
minus ibi bñdictionem ſuaȝ
vbi uaſa vacua inuenerit. Et
quāto ꝑfecti⁹ quis infimis
renūciauerit ꝛ magis ſibiipſi
ꝑ cōtemptum ſui morif: tāto
gr̃a celerius venit copioſius
intrat ꝛ altius liberum cor e
leuat. Tunc uidebit ꝛ afflu
et ꝛ mirabitur ꝛ dilatabitur
cor eius in ipſo quia manus
dñi cum eo: ꝛ ipſe ſe poſuit to
taliter in manu eius uſqȝ in
ſeculum. Ecce ſic benediceſ
homo qui querit deū in toto
corde ſuo nec in uanum acci
pit aīam ſuam. Hic in accipiē
do ſacram euchariſtiaȝ ma
gnam promereſ diuine vnio
nis gratiam: quia non reſpi
cit ad propriam deuotionem
ꝛ conſolationem: ſed ad dei
gloriam ꝛ honorem.

## Quod neceſſitates noſtraſ chriſto aperire ꝛ eius gratiam poſtulare debemus. Cap. xvi.

O Dulciſſime atqȝ amā
tiſſime dñe queȝ nūc
deuote deſidero ſuſcipere tu
ſcis infirmitatem meam et
neceſſitatem quā patior: in
quātis malis ꝛ vitijs iaceo:
qꝫ ſepe ſum grauatus: tenta
tus: turbatus: ꝛ inquinat⁹.
Pro remedio ad te venio:

pꝛo conſolatione ⁊ ſubleua-
mine te deprecoꝛ. Ad omnia
ſcientem loquoꝛ cui manife
ſta ſunt omnia īteriora mea
⁊ qui ſolus potes me perfec
te conſolari ⁊ adiuuare.
Tu ſcis quibus bonis indi
geo pꝛe omnibus: ⁊ quam pa
uper ſum in uirtutibus. Ec
ce ſto ante te pauper ⁊ nuduſ
gratiam poſtulans ⁊ miſeri
coꝛdiam imploꝛās. Refice
eſurientem mendicum tuum
accende frigiditatem meam
igne amoris tui illumina ce
citatem meam claritate pꝛe
ſētie tue. Uerte mihi omnia
terrena in amaritudinem
omnia grauia ⁊ contraria ī
patientiam: omnia infima ⁊
creata in cōtemptum ⁊ obli
uionem. Erige coꝛ meum ad
te in celum: ⁊ ne dimittas
me uagari ſuper terram. Tu
ſolus mihi ex hoc iam dulce-
ſcas uſque in ſeculum: quia
tu ſolus cibus ⁊ potus meus
amoꝛ meus ⁊ gaudium meū
dulcedo mea ⁊ totum bonū
meum. Utinam me totaliter
ex tua preſentia accendas:
cōburas: ⁊ in te tranſmuteſ
ut unus tecum efficiar ſpiri
tus per gratiam īterne unio-
nis ⁊ liquefactionem arden
tis amoris. Ne patiaris me
ieiunū ⁊ aridū a te recedere
ſed operare mecuꝫ miſericoꝛ
diter ſicut ſepius opatus es
cum ſcīs tuis mirabiliter.
Quid mirum ſi totus ex te
igneſcerē ⁊ in meipſo defice
rem cum tu ſis ignis ſemper
ardēs ⁊ nūq̄ deficiens amor
coꝛda puꝛificans ⁊ intellectū
illuminans.

De ardenti amoꝛe ⁊ vehe
menti affectu ſuſcipiēdi chri
ſtū. Uox diſcipuli. Cap̄. xvij.

CUm ſūma deuotione
⁊ ardenti amoꝛe: cuꝫ
toto coꝛdis affectu ⁊ feruore
deſidero te domine ſuſcipere
quemadmoduꝫ multi ſancti
⁊ deuote peꝛſone ī cōmnicā
do te deſiderauerūt qui tibi
maxime in ſanctitate vite pla
cuerunt: ⁊ in ardentiſſima d
uotione fuerūt. O deus meꝰ
amoꝛ eternus totum bonum
meum: felicitas intermīabi
lis: cupio te ſuſcipere cuꝫ ve
hementiſſimo deſiderio ⁊ di
gniſſima reuerentia q̄ aliqs
ſanctoꝛuꝫ vnq̄ habuit ⁊ ſen
tire potuit. Et licet indignus
ſim omnia illa ſentimenta
deuotionis habere tamen of
fero tibi totum coꝛdis mei

affectum ac ſi omnia illa gratiſſime inflāmata deſideria ſolus haberem. Sed ⁊ q̄cunq; poteſt pia mens concipere ⁊ deſiderare: hec omnia tibi cum ſūma reuerentia: veneratione ac intimo fauore prebeo ⁊ offero. Nihil opto mihi reſeruare ſed me ⁊ oīa mea tibi ſponte ⁊ libētiſſime immolare. Domine deus meꝰ creator ⁊ meus ⁊ redemptor meus cum tali affectu: reuerentia laude: ⁊ honore cum tali gratitudine: dignitate ⁊ amore cum tali fide ſpe ⁊ puritate te affecto hodie ſuſcipere ſic̄ te ſuſcepit ⁊ deſiderauit ſanctiſſima mater tua glīoſa uirgo Maria quādo angelo euāgelizanti ſibi incarnationis myſterium: humiliter ⁊ deuote reſpondit: Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundū verbum tuum. Et ſicut btūs precurſor tuus excellentiſſimus ſanctoru; Johānes baptiſta in preſentia tua letabundus exultauit in gaudio ſpūs ſcī dum adhuc maternis clauderetur viſceribus: ⁊ poſtmodum cernens inter homines ihm ambulante; valde ſe humiliās deuoto cum affectu dicebat. Amicus autem ſponſi qui ſtat ⁊ audit eum: gaudio gaudet propter vocem ſpōſi ſic ⁊ ego magnis ⁊ ſacris deſiderijs opto inflāmari ⁊ tibi ex toto corde meipſum p̄ſentare. Unde ⁊ omnium deuotorum cordium iubilationes ardentes affectus: mentales exceſſus ac ſupernales illuminationes ⁊ celicas viſiōes tibi offero ⁊ exhibeo cu; omnibus virtutibus ⁊ laudibꝰ ab omni creatura in celo ⁊ i terra celebratis ⁊ celebrandis pro me ⁊ omnibus mihi in oratione commendatus: quatenꝰ ab omnibus digne lauderis ⁊ in perpetuum glorificeris. Accipe vota mea domine deus meus ⁊ deſideria infinite laudationis ⁊ immenſe benedictōnis que tibi ſecundum multitudinem ineffabilis magnitudinis tue iure debentur. Hec tibi reddo ⁊ reddere deſidero per ſingulos dies ⁊ momenta tēporum: atq; ad reddendum mecum tibi gratias ⁊ laudes oēs celeſtes ſpiriꝰ ⁊ cūctos fideles tuos precibus ⁊ affectibus inuito ⁊ exoro. Laudēt te vniuerſi populi tribus

ꝛ lingue: ꝛ ſcm̄ ac melliflnū
nomen tuum cuꝫ ſūma iubi
latione ꝛ ardēti deuotiōe ma
gnificēt Et quicūq; reueren
ter ac deuote altiſſimum ſa-
cramētum tuum celebrāt et
plena fide recipiūt: grām et
miſcordiam apud te inueni
re mereanť ꝛ pro me pctōre
ſuppliciter exorent. Cūq; op
tata deuotiōe ac fruibili vni
one potiti fuerit ꝛ bene con
ſolati ac mirifice refecti ꝛ de
ſacra menſa celeſti abſceſſe
rint: mei pauperis recordari
dignentur.

Quod hō non ſit curioſus
ſcrutator ſacramenti: ſed
humilis imitator xp̄i: ſub
dendo ſenſum ſuum ſacre
fidei. Cap. xviij

Cauēdum eſt tibi a cu
rioſa ꝛ inutili pſcru
tatione huius profundiſſimi
ſacramēti: ſi nō vis in dubi
tationis pfundum demergi
Qui ſcrutator eſt maieſtatis
opprimeť a gloria. Plus va
let de⁹ operari q̄ȝ hō intelligere
poteſt. Tolerabilis pia ꝛ vti
lis inquiſitio veritatis: para
ta ſp̄ doceri ꝛ per ſanas pa-
trū ſententias ſtudēs ambu
lare. Btā ſimplicitas que dif
ficiles queſtionum relinquit
uias ꝛ plana ac firma pergit
ſemita mandatorū dei. Mul
ti deuotionem pdiderunt dū
altiora ſcrutari uoluerunt.
Fides a te exigitur ꝛ ſincera
vita: nō altitudo intellectus
neq; profunditas myſterioꝝ
dei. Si non intelligis nec ca
pis q̄ infra te ſunt: quō com
prehēdes ea que ſupra te ſūt
Subde te deo ꝛ humilia ſen
ſum tuum fidei: ꝛ dabitur ti
bi ſcientie lumen prout tibi
fuerit vtile ac neceſſarium.
Quidam grauiter tentantur
de fide ac ſacramento: ſed
non eſt hoc ipſis imputandū
ſed potius inimico. Noli cu
rare noli diſputare cum cogi
tationibus tuis nec ad īmiſ
ſas a diabolo dubitationes
reſponde: ſed crede uerbis
dei crede ſāctis ei⁹ ꝛ pphetis
ꝛ fugiet a te nequā inimicus
Sepe multum pdeſt ꝙ talia
ſuſtinet dei ſeru⁹. Nā infide
les et pctōꝛes non tentat q̄s
ſecure iā poſſidet: fideles aūt
deuotos uarijs modis tentat
ꝛ uexat. Perge ergo cū ſim
plici ꝛ indubitata fide: ꝛ cū
ſimplici reuerentia ad ſacra
mentum accede. Quicquid
intelligere non uales deo oī
potenti ſecure cōmitte. Non



fallit te deus: fallitur qui ſibi nimium credit. Graditur deus cum ſimplicibus: reuelat ſe humilibus: dat intellectum paruulis: aperit ſenſum puris mentibus: ⁊ abſcōdit grā; curioſis ⁊ ſuperbis Ratio humana debilis eſt ⁊ falli pōt: fides aūt uera falli non pōt. Oīs ratio ⁊ naturalꝰ inueſtigatio fidem ſequi debꝫ non precedere nec infringere. Nam fides ⁊ amor ibi marie precellunt ⁊ oculūs modis ī hꝫ ſāctiſſimo ⁊ ſuperexcellentiſſimo ſacramento opantur. Deus eternus ⁊ immenſus infiniteqꝫ potentie facit magna ⁊ inſcrutabilia in celo ⁊ in terra: nec eſt inueſtigatio mirabilium operū eiꝰ. Si talia eſſent opera dei ut facile ab hūana rōne capēt non eēnt mirabilia dicenda

Explicit liber quartus ⁊ ultimus de ſacramento altaris.

Incipit tractatus de meditatione cordis Johis Gerſon Cap. primū.

Editatio cordis mei in conſpectu tuo ſp. Felix certe qui cum ꝓpha poteſt ex ſentētia dicere vbum iſtud deo. Sed videamus in primis quid ſit meditatō cordis: non pro carnali ſolo ſed ſpūali corde. Eſt autē meditatio vehemens cordis applicatio ad aliquid inueſtigādū ⁊ inueniendum. Et hec applicatio fortis habet difficultatem que quandoqꝫ maior ē quandoqꝫ minor. Quod ut ītelligatur preſupponatur ex creditis: ⁊ ab experiētia: cor noſtrum cōditum eſſe ⁊ tres hēre ſpecieꝰ oculoꝝ: mētales oculos rationales oculos ſenſuales. Et ex illis eſt utrobique unus oculus cognitione alius in affectione. Fundatꝰ hec diſtinctio in altera qua dicimus hominem habere portionem ſeu faciem ratiōis duplicem quarum ſuperior uertitur ad leges eternas: altera ad tēporales. Neutra tamen in actu ſuo dependet ab organo corporeo Subiſtis ē ratio demerſa corpori: que ſenſualitas appellatꝰ. Primꝰ oculorum uocatur ab alijs oculus mentis: alter oculus rationis: tertius oculus carnis.

Cap. ij.

Querat ab initio bene condite rationalis nature talis ordo ordiniſq; trāquillitas: q ad nutum et merum imperium: ſenſualitas rationi inferiori: et inferior ratio ſuperiori ſeruiebat: et erat ab inferioribus ad ſuperna pronus et facilis aſcēſus: faciente hoc leuitate originalis iuſticie ſubleuantis ſurſum corda: quemadmodum naturaliter ignis ſua leuitate ſurſum fertur. At vero poſtq̄ aduerſus dominum ſupremum ingrata proditio demeruit auferri iuſticiam hanc originalem ſubintroijt pondus grauiſſimum concomitās peccatum: quod miſeram et captiuatam animam trahere non ceſſat ad īfima tāq̄ circūligata ſit funibus cathenis et compedibus vincta in mēdicitate et ferro Sicq; mirabili: imo miſerabili confuſione facta eſt ordinis prioris peruerſſio: q i homine ſic merſo tenebris et carcere ceco conturbatus ē in ira triplex vtrinq; oculus per imperfectionē in ſenſualitate: per obnubilationem in inferiori rationis perfectione et per quandam exceca tionem in ſuperiori rationis portione.

Cap. iij.

Habemus ecce cauſaz primam difficultatis quam in meditatione ſentimus: quaz in habendis ſemper ad dominum oculis experimur. Facit hoc penalis illa gaudio deorſum iugiter impellens: quemadmodum videre eſt ſenſibiliter in aqueductu: que tota facilitate defluit in ima. Continetur autem uel ſurſum leuatur: nō niſi cum violentia. Non aliter cor ad infima pronum leuiter effluit: hac illacq; velut ſine retinaculo uel labore quoniam facilis deſcenſus euerni. Ait poeta: Sed reuocare gradum ſuperaſq; euadere ad auras: hoc opus: hic labor eſt.

Cap. iiij.

Perſcrutemur conſequenter ex predictis naturam ſeu proprietatem meditationis: quoniam ex

hoc ipſo q̄ neceſſaria nobis ad deum tendentibus exiſtat uidebimus Diximus aūt ⁊ reperimus: quod meditatio eſt uehemens applicatio uel attentio animi ad aliquid inueſtigandum uel inueniendum fructuoſe. Addimus fructuoſe: ne meditatio uergat aut i ſuperſtitionem aut aut in curioſitatem aut in melancolicam ſtoliditatem. Dicamus ergo complentes q̄ meditatio eſt uehemens ⁊ ſalubris animi applicatio ad quid inueſtigandum uel experimentaliter cognoſcendū Ponimus hoc ultimum ꝓpter naturam ipſius affectiōiſ que diuerſa ſortitur nomina proportionaliter ad conditionem cognitionis. Non poteſt aliter affectio cognoſci quam experimentaliter ab eo qui per eam afficitur Quam experimentalem affectionis cognitionem non poteſt eam habens in alterum uerbis quibuſlibet infundere: niſi ſimiliter affectus ſit alter ille Quoniam ſolus nouit: prout in apocalypſi ſcribitur: qui accipit. Propterea uocatur manna abſconditum. Exemplum eſt perſpicuum in illo q nouit dulcedinem melliſſolum per doctrinam: ſicut medicus ſanus infirmitatis dolorem. Hec aūt dulcedo a guſtante: hic dolor ab egrotante aliter ⁊ longe cognoſcuntur.

## Cap. v.

Perpendamus ex his quam profunde ſenſerit propheta naturam meditationis dum ait In meditatione mea exardeſcet igniſ Utrumque enim complexus eſt lumen intellectu: ⁊ ardorem in affectu. Quam uero ſit difficile quod ignis deuotionis ſpiritualis exardeſcat flatu meditationis fiet notum conſiderantibus ignez materialem: dum queritur a lignis aquoſis viridibus luto reſperſis elici. Suffla quantum potes: iterum atque iterum multo conatu reſuffla: emerget plurimus ab initio fumus: ab initio conturbans oculos. Uis emicabit ſcintilla: que mox euaneſcet. Diſperges forſitan iratus congeſta prius li

gna: ſi non in longanimitate
perſtiteris. Quam longani-
mitatem appellamur hic me
ditationem aut meditationi
cōiungendam.

Cap. vi.

M Eminimus aliquas
ſcripſiſſe doctrinas
uel induſtrias nedum latino
ſed gallico ſermone ſup ha
benda meditatione tali: licet
foꝛtaſſis vteremur alijs ter
minis in tractaculo de myſti
ca theologia parte ſecunda
que praxim eius docet: ꝛ ī al
tero de moꝛte cōtemplatiōis
edito in altero rurſum ꝺ mē
dicitate ſpirituali cōpilato.
Deniqꝫ tanta reperit difficul
tas: tanta pro diuerſitate ho
minum varietas in practicā
do doctrinam vere ſancteqꝫ
meditationis: ꝙ an ſilere: uꝉ
aliquid ſcribere conſultius
ſit: videoꝛ egomet mihiipſi
quādoqꝫ ſub dubio fluctuās.

Cap. vij.

C Um enim recogito: ꝙ
abſqꝫ meditatōnis ex
ercitio nullus ſecluſo dei mi
raculo ſpeciali: ad perfectio
nem cōtemplationis dirigit
aut peruenit: nullus ad rec-
tiſſimā chꝛiſtiane religionis
noꝛmā vix ſe cōponit audeo
ꝯclās: ardeoqꝫ ſtudiuꝫ ſancte
meditationis ſuadere. At ue
ro dum totiens expertus pe
ricula ſedulus recogito diffi
cultatem ꝛ arduā raritateꝫ
perueniendi quo trahere me
ditatō nitit: ego quaſi toꝛpēſ
ꝛ ſtupidꝰ efficioꝛ. Queſierit
aliquis quo pacto ſic venit:
quia nimium frequenter ex
pertum eſt ſtudium medita
tionis cōuerti dilabiqꝫ ī moꝛ
bum melancolice paſſionis
pꝛopteꝛ immoderationem uꝉ
pꝛopter ſuperbiam dari in re
probum ſenſum diabolice il
luſionis.

Cap. viij.

M Anducamus exem-
plis id quod dicimus
Scimus vinum in iocundi
tate ꝛ hominis ſalute condi
tum eſſe. Sic eniꝫ ſcriptura:
ſic ratio loquitur. Uidemus
tamen ex abuſu potantium:
preſertim dum febrium diſ
craſia laboꝛant ꝙ potus vini
alioquin ſalubris cauſat uel
egritudinis augmentum:
uel maniam ꝛ furoꝛem: aut
quandoque moꝛtem. Nos

aũt filios oẽs adam: qs egro
tos quis febricitãtes eſſe peſ
ſimus aĩe febribus negaue-
rit: quibus vertunt in nau
ſeam ꝛ amaritudinem optĩa
diuinorum eloquiorum ver
ba: quibus ĩ fel cõuertit ſua
uiſſim⁹ diuini uerbi panis:
heu miſeros nos heu quã ex
intima cõſideratiõe talis mi
ſerie cõclamauit apoſtolus:
Infelix ego hõ quis me libe
rabit de corpore mortis hui⁹
Subiungit. Gratia dei per ie
ſum chriſtum.

### Cap. ix.

Quid agimus ergo.
Quid abim⁹ p̄ ipiteſ
p abrupta vitiorum: Ibim⁹
ne poſt deſideria cordis nr̄i:
ꝛ in adinuẽtionibus noſtris
peſſimis: deſperati ſine lege
ſine freno: ſine ordine: Nun
quid ſufficient nobis cogita
tõnes inſtabiles: ſordide: flu
xe: ſomnioq; ſimillime: que
nõ cõſolationem uel edifica-
tionem allature ſunt ſ; deſo
lationem: meſticiã ꝛ ruinam
oblectantibus ſe in eiſdem.
Reſpondebimus nequaquã
id fieri debere: ſed adſit diſ-
cretio moderatrix ĩ omnib⁹
qua non ſecurius habere p⁹
diuinam grãm poterim⁹ q̃
per ſedulum ꝛ ſecurum alte
rius expti noſq; diligentis ꝛ
agnoſcentis conſilium.

### Cap. x.

Clamat Ariſtoteles uo
ce; experiẽtie loquẽs
ꝙ ars ꝛ virtus ſunt circa dif
ficilia ut ars pigẽdi: ars ſcri
bendi: ars cytharizãdi: virt⁹
caſtitatis: virt⁹ fortitudinis:
virtus ſobrietatis: hoc vero
ſic intelligendu; eſt ꝙ ab ini
tio virtus ꝛ ars multas ĩ ac
quiſitione ſua patiũtur diffi
cultates: dum vero fuerint
conquiſite facilia ſũt eis om
nia. Pingit faciliter pictor ex
ercitatus in arte: ſic de ſcrip
tore: ſic de citharizante vide
mus: ita ut dixerit idem Ari
ſtoteles ꝙ perfecta non deli
berat tam ſibi facilis eſt ac-
tus ſuus.

### Cap. xi.

Stamur iſta compatio
ne dum de meditatio
ne loquimur. Attendamus
ꝙ in trahendo paſſim lineas
picture uel ſcripture difficul
tas nulla eſt ſicut nec in diſ-
curſione digitorũ per cithare
chordas. Inuenimus ſimili
ter in cogitatione. Non eni;
difficulter aut laborioſe nũc

hoc: nunc illud prout occur rerit cogitatur: ſed ꝙ null⁹ inde reſultet effectus: vides i ſic pin gente: ſic ſcribente: ⁊ ſic citharizante: ita neq̧ ꝑ ſus in ſic cogitante: imo cuꝫ ſe talibus cogitationibus va gis oblectauerit: ut dicit Se neca: triſtis remanebit. Por ro laborioſe: ſtudioſe ⁊ atten tiſſime cum mira tarditate pingendo: ſcribendo: ⁊ citha rizādo: fit quādoq̧ ut bene ⁊ celeriter iſta fiāt.

Cap. xij.

Quorſuꝫ iſta. Nimirū ut oſtendam⁹ quem admoduꝫ de cogitatione nul la vnq̄ ꝓficiet aut emerget ī meditationem: quāto minus in cōtemplationem. Ex me ditatione vero que ſummeꝫ habet difficultatem: ſi bona fide ſimplici ⁊ diſcreta dilligē ter exerceatur: perueniem⁹ ad hanc perfectionem ꝙ abſ q̧ vlla difficultate fiet apud nos fructuoſe: quod ſummo meditationis ſtudio cōquire re voluim⁹. Ita deniq̧ trāſi bit meditatio in cōtemplatio nem. Non .n. differt contem platio a meditatione niſi pe nes facile ⁊ difficile: quoniā utrobiq̧ ē fruct⁹ aliter q̄ in cogitatione.

Cap. xiij.

Deſcribit autem con templatio ꝙ eſt liber ⁊ expedit⁹ mentis intuitus in res perſpiciendas vſq̧quaq̧ diffuſus. Et hoc quo ad cōtē plationem que reſpicit intel lectuꝫ. Porro quo ad cōtem plationem que conſiſtit in af fectu: ⁊ in praxi deſcribit eā hugo: ꝙ eſt per ſubleuate mē tis iubilum: mors quedā car nalium deſideriorū. Hoc eſt guſtar̄ q̄ ſuauis eſt dn̄s: quē guſtum ſequitur alia lōge co gnitio: q̄ fuerit intellectualiſ ſolum viſio uel quedam au ditio per fidem aut per ſcrip turam.

Cap. xiiij.

Meditabit ecce aliqs gemens ⁊ ſuſpirans ut colūba: dicet cum ꝓpheta meditatus ſum nocte cuꝫ cor de meo exercitabar: ⁊ ſcope bam ſpiritum meū facit hoc

anxie: difficulter: laborioſe:
recogitando nunc omnes an
nos ſuos in amaritudine ani
me ſue: nunc iudicia dei que
ſunt abyſſus multa in celo
ſurſum ꝛ in abyſſis deorſum
ꝛ ita de reliquis circa que
verſatur meditantis attentō
vehemens: ut ea que medita
tur uel cogitat lympidius uł
firmius in affectum ſuū tra
hat. Efficiet tandem ut hec
omnia tanta felicitate reco
gitet ꝛ ſapiat: ꝙ facilis eſt ip
ſa cogitatio Docēt nos exem
pla predicta ſi dubitamus.
Non enim plus laboris ha-
bent ſcriptor: pictor cithari-
ſta bene agēdo quod optime
didicerint: quā vagus ꝛ ua
nus aliquis ab initio diſcur
rens ſine arte ꝛ ordine per li
neas picture: uel ſcripture:
aut per cithare chordas.

Cap.xv.

ADdendū eſt ad p̄miſſa
nihilominus ꝙ vix ē
aliquis ita perfectus in arte
ſua quin aſſidue poſſit ad ali
qua uel cognoſcenda uel agē
da proficere qualia neceſſe ē
ut non habeat cum labore.
Multo magis hoc uerum eſt
in ipſa de qua loquimur me-
ditatione: que nouos ueri ta
tis aut deuotionis fetus iugi
ter parere ſtudet: ſed non de
eſt perturitionis dolor prop
ter illud maledictum ſpiritū
aliter intelectum: In dolere
paries filios tuos. Non me
minit tn̄ preſſure propter ga
udium quia natus eſt ſibi no
uus cognitionis ꝛ affectionis
ſante fetus in animi ſui mun
dum.

Cap.xvi.

EUenit autem ab ini
tio frequentius ut dū
aliquis nundum purgatus a
uitiis ſatagit meditari ut co
lumba: meditatur quaſi ue
tus ſimia dolos odia. Medi
tatur ſicut canis rabioſa ſilē
tia rodens iuxta uerbum ſa
tirici. Meditatur quaſi ſordi
da ſus: dum fetiſſimas in ani
mo uerſat reuerſatꝗ cogita
tiones. Quid porro de blaſ
phemie ſpū: ꝙ abhominabi
lis: quam horridus. Non-
nunquam reſurgit terri-
tans meditantem loquens

aduerſus deum ſanctos ſcãſ
ꝙ ingentia que nec fari licet
Jaciunt infidelitatis iacula
baratrũ deſperationis aperi
tur: experimentũ quoqꝫ ma
nifeſtat: ꝙ recte iuſſerit ſapi
ens: fili accedens ad ſeruitu
tem d i: prepara animam tu
am ad tentationem. Sequit
preſidium certiſſimum: ſta ĩ
timore. Beatus enim vir q
ſemp eſt pauidus.

Cap. xvij.

Pauidus vo ſemp quo
modo beatus queret
aliquis dum timor additur ti
mori: ſcrupulus ſcrupulis:
puſillanimitas puſillanimi
tati: preſertim cũ non adeſt
aſſidue cõſiliator: dux ꝛ pre
mõſtrator itineris arti ꝛ rec
tis. Si uero talis qui rarus ẽ
inuentus forte fuerit cũ ocio
nouum meditantem inſtruẽ
di quantũ libuerit: felix qui
dem erit ipſe nouus tyro: ſi
tamẽ protinus abſqꝫ vlla tre
pidatione paratus eſt crede
re conſilio. Sed o quotiens
bone ihu: quotiens heſitabit
ꝛ idem repetet iterũ iterũ:
que quaſi falli reformidans
queret idem. Deniqꝫ non ute
tur erga dantem ſibi conſili
um doctrina iacobi que eſt
ut poſtulet in fide nihil heſi
tans. Scripſi quedam ſuper
huiuſmodi ſcrupulis in trac
taculo de preparatiõe ad miſ
ſam: aliqua ſimiliter de cau
telis contra ſpiritũ blaſphe
mie duriſſimum: aduerſus
quem remedium optimum ẽ
contẽnere nec curare quin
potius irridere: nam ſup his
ſollicite confiteri niſi forſitã
in principio pro cautela ad
habendum conſilium.

De ſcrupulis uero teneat
hec regula ꝙ aduerſus eos
agendum eſt: ſi ita prudens
aliquis ꝛ expertus cõſiliator
dictauerit: mandauerit aut
iuſſerit: nec aget in hoc con
tra conſcientiam ſuã deme
ritorie: dum illam ad conſili
um ſapientiorum per ratio
nis libertatem ab animo ſuo
mutat ꝛ diſponit ꝙuis aſſi
due ſenſualitatis remurmu
ratio forte ſentiatur. Aliogn
nũꝙ fiet in pace deo loc⁹ cor
dis. Rurſus aduertendũ ꝙ
ſicut dicẽte ariſtotele omnis
noſtra cognitio uenit a ſenſu
iterum neceſſe eſt omnem i
telligentem fantaſmata ſpe
culari: ſic originatur: K edi
tatio noſtri cordis a ſenſibili
bus que figurata ſunt: que

que colorata ⁊ ceteris acci dentibus temporis ⁊ loci cir cũuoluta. hinc ſunt medita tiones conſcripte: hinc ima gines picte uel ſculpte hinc generaliter fit illud pſalmi ſte. Meditatus ſum in omni bus operibus tuis: in factis manuum tuarũ meditabor Que vtiq; facta ⁊ opera ſũt corporalia Nihilominus de bet aſſurgere meditans vl tra ꝓgredi: veluti per ſca lam aliquod ex viſibilibus ad inuiſibilia: ſicut dicit apo ſtolus: quoniam inuiſibilia dei: ex his que facta ſunt in tellecta conſpiciuntur: ſem piterna quoque virtus eius ⁊ diuinitas. Propterea do cens nos a corporalibus ad ſpiritualia migrare dicebat. Et ſi chriſtum ſecundum car nẽ cognouimus nunc tamen ſecundum carnem non co gnoſcimus.

## Cap. xviij.

Aduertendum vero ꝙ meditaturis duplices inter ceteras tenduntur inſi die: vna dum petunt conſili um ſuper occurrẽtibus ſcru pulis in meditatione ſua: pre ſertim mulier a viro. Alte ra dum ſunt in actu medita tionis. Fit in primo caſu cre brius ⁊ leuius ꝙ̃ a multis cre di poteſt: agglutinatio que dam animorum velata pal lio ſancte deuoteq; dilectio nis: que primo confabulatio nibus ſub typo querendi cõ ſilij queritur: de hinc anima veluti confricata caleſcit ⁊ ſenſim igne ceco carnalis amoris carpitur ⁊ vritur: nec intelligitur primo donec tandem ad riſus leues: ad fa cetos blandoſq; geſtus per uentum eſt. Auertat deus a ſeruis ſuis id quod reliquũ ſilemus. Timeo inquit apo ſtolus: ne dum ſpũ ceperitis carne conſumamini. Scrip ſi tam pluries talia conſequẽ ter ad auguſtinum: nomina tim in tractatulo de probati one ſpirituum. In currunt aliud periculum meditantes dum in ſolis fantaſijs: dum ſolis imaginibus corporeis ſe tradunt: ⁊ toto corde uehe menter incumbunt. Fit pro inde ꝙ meditans dum tran ſire ſatagit in contemplatio nem collabatur ad melanco

licam ſeu fantaſticaꝫ leſionē
ita tandem ut imagines ite
rum uerſatas in imaginati
ua uirtute pro rebus ipſis ex
terioribus accipiat. Et ſicut
euenit in ſomniātibus dum
dormiunt: non aliter iſtis in
uigilia contingit quorum uer
ba ⁊ opera nullam inter ſe
connexionem: nullum ordi
nem ſeruant: ubi neqꝫ eſt pri
cipium neque finis: ubi ſicut
uulgo dicitur: neqꝫ eſt caput
neqꝫ cauda: ſꝫ de gallo fit ſal
tus ad cignum: ita ut uigilan
tes ſomniare uideantur. De
qualibet dicunt uulgares:
Jlꝫ reſuēt on font fonten re
ſuerte. Porro timent non ti
menda ſperant non ſperan
da. Nunc gaudia diſſoluunt
nunc ſubito merore tabeſ
cunt. Quales egent amplius
fomento ſacratis quam mo
nitione ſapientis.

Johānis Gerſon cancellarij
pariſienſis: de cōtemptu mū
di libri quatuor vno cum
tractatu de meditatione cor
dis felici numine finiunt.
Impreſſum Mediolani im
penſis Leonardi pachel de
alamania.

M. cccc. lxxxviij. menſis
Julij.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

LIVRARIA DE D. FRANC. MANUEL

Tabule capitulorū in libros ſequentes.

Capitula libri primi.

De imitatione chriſti ⁊ de cōtemptu omniū uanitatum mundi. Capi.
De hūili ſētire ſuipſius. c.ij.
De doctrina ueritatis. c.iij.
De prudētia in agēdis. c.iiij.
De lectione ſantarum ſcripturarū. c.v.
De inordiatis affectiōib⁹. c.vi
De uana ſpe ⁊ elatione fugienda. c.vij.
De cauenda nimia familiaritate. c.viij.
De obediētia ⁊ ſbiectiōe. c.ix
De cauēda ſuperfluitate uerborum. c.x.
De pace acquirenda ⁊ celo ꝓficiendi. c.xi.
De utilitate adūſitatis. c.xij.
De tentationibus reſiſtendis. c.xiij.
De temerario iudicio uitando. c.xiiij.
De operibus ex charitate factis. c.xv.
De ſufferentia defectuum aliorum. c.xvi.
De monaſtica uita. c.xvi.
De exēplis ſcōꝝ patꝝ. c.xviij.
De exercitijs boni religioſi. c.xix.
De amore ſolitudinis ⁊ ſilentij. c.xx
De cōpūctiōe cordis. c.xxi.
De conſideratione humane miſerie. c.xxij.
De meditatiōe mort̄ c.xxiij.
De iudicio ⁊ penis peccatorum. c.xxiiij.
De feruēti emendatiōe tot⁹ uite noſtre. c.xxv

Capitula libri ſecūdi.

De interna ꝯuerſatiōe. c.i.
De humili ſubmiſſiōe ſub ꝑlati regimine. c.ij.
De bono pacifico hoīe. c.iij.
De pura mente ⁊ ſimplici intentione. c.iiij.
De ꝓpria ꝯſideratiōe. c.v.
De leticia bone ꝯſcie. c.vi.
De amore ihū ſup oīa. c.vij.
De familiari amicitia ihū. c.viij.
De carētia oīs ſolatij. c.ix.
De certitudie ꝑ grā dei. c.x:
De paucitate amatoꝝ crucis ihū. c.xi.
De regia uia ſancte crucis. c.xij.

Capitula libri tertij.

De interna xp̄i locutione ad animā fidelē. c.i.
Qd̄ ueritas īt⁹ loquit̄ ſine ſtrepitu uerboꝝ. c.ij.
Qd̄ uerba dei cū humilitate ſunt audiēda: ⁊ ꝙ multi ea nō pōderāt. c.iij.

Oratio ad iplorādū deuotio
nis grām. c.iiij.
Qō in veritate ꝛ humilitate
corā deo ↄuerſādū ē. c.v.
De mirabili affectu diuini
amoris. c.vi.
De probatione veri amo
ris. c.vij.
De occultanda grā ſub humi
litatis cuſtodia. c.viij.
De vili eſtimatiōe ſuiipſius ī
oculis dei. c.ix.
Qō oīa ad deū ſicē ad finē vl
timū ſunt referenda. c.x
Quod ſpreto mūdo dulce eſt
ſeruire deo. c.xi.
Qō deſideria cordis exami-
nāda ſūt ꝛ moderāda. c.xij.
De informatiōe patiētie ꝛ lu
ctamine aduerſus concupi
ſcētias. c.xiij.
De obediētia hūilis ſubditi
ad exēplū ihu xpi. c.xiiij
De occultis dei iudicijs con
ſiderandis ne extollamur
in bonis. c.xv.
Qualiter ſtādū ſit ac dicēdū
i oī re deſiderabili. c.xvi.
Oratio ꝑ beneplacito dei per
ficiendo. c.xvij
Qō verū ſolatiū i ſolo deo ē
querēdū. c.xviij.
Qō oīs ſollicitudo in deo po
nēda eſt. c.xix.
Qō temporales miſerie xp̄i
exemplo equanimiter ſunt
ferende. c.xx.
De tolerātia iniuriaꝝ ꝛ qs ve
rus patiēs ꝓbetur. c.xxi.
De ↄfeſſione ꝓprie īfirmita
tis ꝛ hui' vite miſ'iis. c.xxij
Quod ī deo ſup oīa bōa ꝛ do
na requieſcēdū ē. c.xxiij.
De recordatiōe beneficiorū
dei multipliciū. c.xxiiij.
De quatuor magnā importā
tibus pacem. c.xxv.
Oratio contra cogitationes
malas. c.xxvi.
Oratio ꝑ illuīatiōe mētis de
uotiſſima. c.xxvij.
De euitatiōe curioſe iqſitiōis
ſup alteri' vita. c.xxviij.
In qb' firma pax cordis ꝛ ue
r' ꝑfect' ↄſiſtit. c.xxix.
De eminētia libere mētis et
φ ſupplex oratō magis me
ret φ lectio. c.xxx.
Qō priuat' amor a ſūmo bo
no maxie retardat. c.xxxi.
Oratio ꝑ purgatiōe cordis
ꝛ celeſti ſapiētia. c.xxxij
Contra linguas obtrectato
rum. c.xxxiij.
Qualiter inſtāte tribulatiōe
deus inuocādus eſt ꝛ bñdi
cendus. c.xxxiiij.
De diuino petendo auxilio ꝛ
cōfidentia recuperāde gra
tie. c.xxxv.

De neglectu omnis creature ut creator poſſit inueniri. c.xxxvi.
De abnegatione ſui ꝛ abdicatiōe oīs cupiditatꝭ. c.xxxvij
De inſtabilitate cordis ꝛ de intentiōe finali ad deū habenda. c.xxxviij.
Qđ amanti ſapit de⁹ ſup oīa ꝛ in oīb⁹ c.xxxix
Qđ nō ē ſecuritas ↄ tētatiōe in hac uita c.xl.
Contra uana hominum iudicia c.xli.
De pura ꝛ ītegra reſignatiōe ſui ad obtinendā cordis libertatē c.xlij.
De bono regimine in exterˀnis ꝛ recurſu ad deum in periculis c.xliij.
Qđ hō non ſit importunus ī negocijs c.xliiij.
Qđ hō nihil boni ex ſe hꝫ ꝛ d̄ nullo gloriari pōt. c.xlv.
De ↄtēptu oīs temporalis honoris c.xlvi
Qđ pax nō ē ponenda in hominibus c.xlvij.
Cōtra uanā ꝛ ſecularē ſcientiam c.xlviij.
De nō attrahēdo ſibi res exteriores c.xlix.
Qđ oīb⁹ nō ē credēdū ꝛ de facili lapſu uerborū c.l.
De ↄfidētia in deo habēda qñ īſurgūt v̄bor̄ iacula. c.li.
Qđ oīa grauia ꝓ eterna uita ſūt tolerēda c.lij.
De die eternitatis ꝛ hui⁹ vite anguſtijs. c.liij.
De deſiderio eterne vite ꝛ quāta ſint certantib⁹ bona promiſſa. c.liiij.
Qualiter hō deſolat⁹ d̄beat ī man⁹ dei ſe offerre. c.lv
Qđ hūilib⁹ īſiſtēdū ē opibꝰ cū deficiꝭ a ſūmis. c.lvi.
Qđ hō nō reputet ſe ↄſolatōne dignum ſed magis verberib⁹ reum. c.lvij.
De grā q̄ nō miſceꝭ terrena ſapientibus. c.lviij.
De diuerſis motib⁹ nature ꝛ gratie. c.lix.
De corruptiōe nature ꝛ efficacia grē diuine. c.lx.
Quod noſipſos abnegare ꝛ chriſtum immitari d̄bem⁹ ꝑ crucem. c.lxi.
Qđ hō non ſit nimis deiect⁹ quando in aliquos labiꝭ defectus. c.lxij.
De altioribus rebus ꝛ occultꝭ iudicijs dei non ſcrutandis. c.lxiij.
Qđ oīs ſpes ꝛ fiducia in ſolo deo eſt figēda. c.lxiiij

Capitula libri quartī

Cū quāta reuerentia xp̄s ſit ſuſcipiēdus. c.i.

Qȯ magna bonitas ⁊ chari
tas dei ĩ ſacramẽto exhibe
tur homini. c.ij.
Quod vtile ſit ſepe cõmuni
care. c.iij.
Quod multa bona p̄ſtantur
deuote coĩcantib⁹. c.iiij.
De dignitate ſacramenti et
ſtatu ſacerdotali. c.v.
Interrogatio de exercitio añ
coĩonem. c.vi.
De diſcuſſione proprie con
ſciẽtie ⁊ emendationis p̄
poſito. c.vij.
De oblatiõe xp̄i ĩ cruce ⁊ pro
pria reſignatiõe. c.viij.
Quod nos ⁊ oĩa noſtra deo
debemus offerre ⁊ pro om
nib⁹ orare. c.ix.
Quod ſacra cõmunio ȯ faci
li non ẽ relinquẽda. c.x.
Qȯ corp⁹ xp̄i ⁊ ſacra ſcriptu
ra maxime ſint aĩe fideli
neceſſaria c.xi.
Qȯ magna diligẽtia ſe debe
at cõmunicaturus xp̄o pre
parare. c.xij.
Qȯ toto corde aĩa ȯuota xp̄i
vnionem in ſacramẽto af
fectare debet. c.xiij.
De quorundã deuotorum ar
denti deſiderio ad corpus
chriſti. c.xiiij.
Qȯ gr̄a deuotiõis humilita
te ⁊ ſuiipſius abnegatione
acquiritur. c.xv.
Qȯ neceſſitates noſtras xp̄o
aperire ⁊ ei⁹ gr̄am poſtula
re debemus. c.xvi.
De ardẽti amore ⁊ vehemen
ti affectu ſuſcipiendi chri
ſtum. c.xvij.
Qȯ hõ non ſit curioſus ſcru
tator ſacramẽti ſ; humilis
imitator xp̄i ſubdẽdo ſen
ſũ ſuũ ſacre fidei. c.xviij
Tractatus de meditatione
cordis.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Inc
281